

A  
47  
300



0  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11



A 615.11 Xas  
C-E-28

12  
1-20

A  
47  
300




A 615.11 X 005

C-II 28

12

120

A  
47  
300



ANTONII  
MVSAE BRASA-  
VOLIMEDICIFER  
RARIENSIS,

EXAMEN omnium Catapotiorum uel  
Pilularum, quarum apud Pharmacopo-  
ias usus est. ad Illustrem

ALPHONSUM  
ESTENSEM.

CONRADI Gesneri medici Tigurini enu-  
meratio medicamentorum purgantium,  
vomitoriorum, & aluum bonam facien-  
tium, ordine alphabeti.

Omnia nunc primum & nata & excusa.

L V G D V N I,  
S V B S C V T O C O L O-  
N I E N S I

INTRODUCTORY  
METHODS  
OF COMPUTATION

BY J. H. COLEMAN

WITH A HISTORY OF THE DEVELOPMENT OF THE SUBJECT

AND A BRIEF OUTLINE OF THE PRINCIPLES OF COMPUTATION

FOR THE USE OF STUDENTS AND PRACTICING ENGINEERS

BY J. H. COLEMAN

WITH A HISTORY OF THE DEVELOPMENT OF THE SUBJECT

AND A BRIEF OUTLINE OF THE PRINCIPLES OF COMPUTATION

FOR THE USE OF STUDENTS AND PRACTICING ENGINEERS

BY J. H. COLEMAN

WITH A HISTORY OF THE DEVELOPMENT OF THE SUBJECT

AND A BRIEF OUTLINE OF THE PRINCIPLES OF COMPUTATION

FOR THE USE OF STUDENTS AND PRACTICING ENGINEERS

BY J. H. COLEMAN

WITH A HISTORY OF THE DEVELOPMENT OF THE SUBJECT

AND A BRIEF OUTLINE OF THE PRINCIPLES OF COMPUTATION

# AD ILLVSTREM

## ALPHONSUM

Eſtensem, Illuſtriss. Alphoſi ducis  
Ferrariæ filiu, & optimæ  
ſpei adolescentem,

ANTONIUS MUSA BRASAVOLVS.

**C**Ogitanti mihi, Alphonſe prætantiss. cui hic libellus mole quidē paruus, ſed qui non pauca in noſtra hæc arte ſpectatu digna complectat, inſcribeudus eſſet: in vnuſ pre cūclis occurriſti, qui cum ſis etate paruus, multos tamen literis, prudētia ſapientia, liberalitate, ac animi magnitudine excedis: ut in hac tam tenera etate plus ſpondere videaris, quām qui vi geſimum quintum annum attigere. Paruus igitur libellus tibi paruo puerō inſcribendus eſt: cum ne in eius lectione fatigaris, tum ut ad literas amplectendas exciteris. Ad quas tamen capiſſendas aſſiduum habes præceptorem, virum doctiſſimum Peregrinum Moratum, non pauciſ viri noſtra hac etate præferrendum. Nec parum mouent me ad hanc eleclio- nem Illuſtriss. patris tuu verba in illa ultima aegritudine, qua ab hiſ mundi curis exemptus, ad ſydera euenctus eſt, quibus tanto amore, tanta charitate, tamq; ardentis pietate, te nobis non ſemel commendauit. Imò & iure optimo tibi debetur

hic

4

bic libellus, cùm soror tuā illustris. Eleonora natus  
grandior libellum de Syrupis naēta sit, quem hic  
proximus labor consecutus est, hoc tu natu minor,  
iure ipso potiaris, ac tibi inscribatur, par est. Ac-  
cipe igitur hilari frōte munuscum hoc Illustris.  
Alphonse. Sic enim nos allicies, vt in tuum decus  
alia multò maiora cōparemus, & eos qui studia  
literarum sētāntur, vt cōpīstī, ama. Vale.

Antonii Musæ Bra  
SAVOLI MEDICI  
FERRARIENSIS,

Examen Catapotiorum, seu Pilularum,  
quorum usus est apud Pharmacopolas.

INTERLOCUTORES.

BRASAVOLVS. SENEX.

BRASAVOLVS.

ON aduenis inexpectate, ô  
venerande Senex, nam diu est,  
quod hic te expecto: ambi-  
gē-  
bamque, & mecum ipse cogi-  
tabā, an sinistri quicquam ti-  
bi contigisset. hora etenim dudum transacta  
est, qua ad nos te venturum dixeras. Iamiam  
mancipium hoc ad te mittere parabam, nisi  
præstò ad fuilles, qui tam lögæ moræ cauīam  
disceret, & ad nos quantò ocyus fieri posset,  
reuerteretur. s e n. Imò non pauca fuere im-  
pedimenta, quæ nos hactenus à tam dulci  
colloquio, & à nobis immodicè optato impe-  
diere. Sed vnum præ omnibus mirè me vexa-  
uit, & adhuc vexare non desinit. B R A. Quid-  
nam hoc est mi Senex? ut ego tecum vel pro-  
uidere, vel cōdolere possim. s e n. Vir quidā,

imò potius tabula & maledica cornix de me  
oblocutus est, cùm mihi iam diu instituerim  
essè virum probum, neminem lādere, de ne-  
mine vel ioco obloqui: hic autē vt vir est pro  
cacissimus, & vuula (vt aiunt) linguacior, in  
res meas veluti Rhinoceros obringit, me tra-  
ducit, de me passim obloquitur: per Herculē  
moriar, nisi id efficiam, vt suis dentibus sibi  
linguam mordicet, & citra dentes sub palato  
coereat. B R. Non decet s̄enem virū & Chri-  
stianum hēc facere, nedum cogitare. S E N E X.  
Imò maxime decet, ne hēc mala bestia de bo-  
nis & probis viris iterū obloqui audeat. B R.  
Quid dixit tandem quæ atra fulmina hēc fue-  
re? S E. Ea, quæ nec ferre possum, nec feram,  
quoad dignam de ipso pro tanto scelere vin-  
dictam sumam. B R. Igitur Iesum Christū pa-  
trem nostrum & præceptorem non imitabe-  
ris, qui pro nobis tot contumelias passus est,  
tot iurgia, tot verbera, & tu minimum ver-  
bum ferre non potes? S E. Non sum ego Chri-  
stus, quem etiam nec Petrus, nec multi alii di-  
scipuli in omnibus imitari potuere. Si verba  
illa in te dicta fuissent, & tu quoque irascere-  
ris, & vehemēti ira excādesceres. B R. Dic(ni-  
piget) ea, quæ de te obloquutus est, suntne  
vera, an falsa? S E N. Vera? Imò falsissima. B R.  
Igitur vir falsus est, qui de te falsissima ob-  
loquebatur. S E. Et falsissimus, si dici possit.

B R A S.

B R A. Propter quid falsissimus? S E N E X. Q uia de me suis conipurcatis verbis falsissima in publicum effundebat. B R. O bone senex, quis fecit hunc esse virum falsissimum? S E N. Aliud cogitare non possum, præterquam à suo ma-  
lo genio in hanc misericordiam dactum esse. B R.  
Tu ipse vera causa es, cur hic falsissimus sit.  
S E. Ego, quid inquis? B R A. Dic, nonne ob id falsus est, quia de te falsa obloqui voluit? S E.  
Profecto. B R A. Tu igitur causa es cur sit ho-  
mo falsus, cùm de te falsa loquuntur sit. Vnde vindictam sum p̄sistī, nec opus est amplius su-  
mas: quia hunc hominem falsum fecisti, &  
ipsemet sibi iniuriam fecit, vt pote abs te con-  
victus mendacii: atque ita cùm te lādere vo-  
luerit, seipsum lēgit im prudēs, quia se falsum  
fecit, non tibi nocuit. Adde hunc hominem  
illa de te non dixisse, quæ de te falsa dixit.  
nempe si falsa sunt, tuis non es, de quo oblo-  
quebatur. S E N. De me ipso obloquebatur.  
B R A S A V O. Quomodo de te, si non erat ve-  
rum? S E N E X. Ea omnia sub meo nomine  
protulit. B R A. Veruntamen hoc tuo nomi-  
ne, vel simili complures vocantur. S E. Adde-  
bat cognomen. B R A S. Imò & si te digito o-  
stendisset, & falsa dixisset, de te nullo pacto  
loquebatur. Dic si te Regē Galliæ, aut Chri-  
stianorum Imperatorem vocaret atque salu-  
taret. ægre ferresne? S E N. Non ægrè ferrem,

sed hunc veluti fatuum deriderem. B R A S A.  
Quamobrē? S E N. Quia nec Rex Galliæ sum,  
nec Christianorum Imperator, & lōgē abest  
vt sim. B R. Si igitur vocet te falsarium, si fa-  
neratorem, cur non derides, cùm in hoc de-  
perdito hominum genere non sis? S E N. For-  
tē alii hominibus suadebit, me his vitiis esse  
conspersum. B R. Quomodo suadebit, si hæc  
in te nullus inuenire poterit? Imò ipse scele-  
stus, & apud omnes homines infamis euad-  
et, cùm te esse probum virū atq; integrum,  
absquelabe, absq; vitio, absq; macula expe-  
rientur & comprobabunt: & hi, qui audiēt,  
inter se mussitabunt, quām hæc pessima lin-  
gua & viperæ de hoc probo viro malè dicit,  
quamobrem ipse sibi ipsi, & non tibi iniuriā  
facit. nam infamē seredit, & à Deo ac pro-  
bis hominibus odio habetur. Nescis quid su-  
perioribus annis mihi contigerit? S E N. De il-  
lo, qui totis viribus in publicis scholis tuum  
nomē temerare ausus est? B R. De illo, inquā.  
is cœpit priuatim & publicè de me obloqui,  
quem tamen paulò prius officiis & non me-  
diocribus promerueram. Sed ego vice versa  
de eo bene dicere non quidem cœpi, sed per-  
severauī, vt deniq; ipse ex suis maledictis ac  
nostris benedictis & benefactis iam cœperit  
per totam urbem digito monstrari infami,  
& à quibusdam (in hoc tamen improbis) ex-

crem

erementis pollui atque inquinari. Si hic igitur de te male loquutus est, tu de illo bene dicas, ne simul & ipse male dicendo malus efficiaris. Scis cur ille de te male locutus est? s e. Nec possum mentem concipere. b r a. Quia malus, & ( ut inquit Seneca ) bene dicerene. scit. s e. Tamen non possum non ægrè ferre. b r. Quia vir es pinguioris Minerue, tuaq; opinione falleris. Verè enim dictum est, Neminem, nisi ex seipso, lædi posse. & id tibi illicitum esse putas, quod sibi intulit. non enim in sapientis animum cadit iniuria, vt Plato & Plutarchus ille Cheroneus lōga quadam oratione ostendit. Quid curas latrantium canū voces, modò dentibus obesse non possint? s e. Nihil. b r a. Aequè nihil cures male dicentium voces, quos philosophi omnes nō ab re canes vocitant. Obganniant igitur insidiosæ vulpes, crocitent, latrent de bonis viris per plateas, per templā, per vicos, per angportus, nihil aliud faciunt, quam ut se pessimos viros esse ostendant. Tu verò tetragonū Aristotelis corpus imiteris, quod in quan- cunque ieceris partē recto labore sessile est. Noli à recta via, à recto tramine declinare, si quis alter improbus esse velit, imò pro hoc maledico, pro hoc scelestissimo viro, qui male dicendo sua labia cōtaminat, immortalem Deum exora, ut illi ignoscat, illi rectā & in-

tegram mente condonet, ut suos errores no-  
scens ad Deum cōuertatur, & bene dicere si-  
mul, ac bene viuere discat: tuq; simul impro-  
borum maledicta & calumnias contēnere di-  
scas, ac etiam id dicas quod Augustus ad Ty-  
beriū, Satis est si hoc habemus, ne quis nobis  
malē dicendo malē facere possit. hoc autem  
assequutus iam es si probus vir fueris. s.e. Hęc  
facilius dici possunt, quām fieri. b.R.A. Imō sie-  
ri æquè facile est. s.e. Nescio si tam constāter  
ipso opereageres, ut verbis agédum suades.  
b.R. Imō expertas es (absit iactantia) nos idē  
opere effecisse. An præteriit memoria coniu-  
ratorum illorum contra nos pugnantiū, qui  
cūm ab illustriss. principe ex albo illorū, qui  
publicè profitentur, expuncti forent, hoc in  
me referebant. cōuenere simul, nosq; & ma-  
ledictis & malefactis irritare cooperunt. At  
semper cōstantianimo omnia tulimus, mul-  
tos ex ipsis, officiis & non modicis affecimus,  
de aliis bene dicere non desimus, malē dicāt  
ipſi quantū lubet, & quantū possunt. Cumq;  
amicorum coniunctiones nostræ sint multo  
maiores, multoq; ampliores, quām illorum,  
omnia quæ dicebant, omnia quæ agebāt ad  
minima nobis referebantur: illa (vt decet) in  
bonam partem accipiebamus, Deumq; pro  
illis exorabamus, ut ad bonā frugē redirent,  
& resipiscerent. s.e. Oninīa noui, & scio, si  
obes

obesse potuissent, etiā suo maximo itocommodo obesse nō destitissent: tamenē non possum mente concipere aliquem esse, cui placet ut de se male dicat quispiā. B R. Puto & te nunquam vidisse vel expertum esse verē integrum virū, & verē humanum. Dic quid aliud est iniuria, quam aliquem virum bono priuare? s E. Que dicis(nisi apertius loquaris) nō accipio. B R. Ut accipias curabo. Si aliquis tibi iniuriā facit, quid hic facit? s E. Vel de me obloquitur, vel mea bona furatur, vel filiam corruptit: hęc, & huius generis alia iniurias esse & insanum vulgus iudicat. B R. A. Hoc est quod petebam in illa sententia citata, qua dicebamus, iniuriam esse hominem aliquo bono priuare. Si quis ergo tua bona surripiat, tibi iniuriam facit, quia his bonis te priuat. Si tuam filiam corruptit, tibi iniuriam facit, quia priuat te pudica filia & virgine, quod bonum est: & ideo iniuriam facere, est hominem aliquo bono priuare. s E. Iam accepi, & ita esse constat. Imò & pati iniuriam est aliquo bono priuari, in quo cunque genere sit.

B R. A. Dic autem quid est verum bonum, nisi virtus? nam diuitiae labiles sunt & caducae. pulchritudo fluida est, & tanquam flos breui euanescit. robur diuturno tempore languecit. Vnde nō ab re à Stellato poëta dictū est,

Præter virtutē nō est durabile quicquam,  
Diui

Divitiæ pereunt, species quoque, robur, ho-  
nores,

Cūcta cadūt, Virtus æterna in tēpora durat,  
Quā fortuna negt, nec tollere lōga vetustas.

SEN. Hæc ita esse constat, & nullus vel igna-  
rus inficias it. B R. At virtus ab eo auferri non

poteſt, qui illā habet. S E N. Et hoc aſſerunt o-  
mnes. B R. A S. Igitur vir prōbus iniuria affici

non potest, quoniā eius probitas ab eo aufer-  
ri nō valet, nec vñquā hoc bono priuari con-

tingit. hoc ferē argumento aut simili vſas est  
Maximus Tyrius, cūm probare contendebat,

probum virū iniuriā non pati. nam virtute priuarinequit: & improbus est, qui iniuriā

patitur, ac subit. Imō eodē loco probare contendit, improbum virū non posse pa-

ti iniuriā, quia virtutem nō habet quia pos-  
sit priuari, & longissimis verbis non esse re-

ferēdam iniuriā suadere nititur. Dic num is  
qui te iniuria affecit, & de te malè dixit, aut

dealio, à te ipso & ab aliis vituperio afficitur, & vir improbus existimat? S E N. Equidem vituperio afficitur. B R. At si iniuriā re-

ferre volueris, nonne & tu vituperio dignus  
eris? S E N. Si recta mentis acie contéplor, ita

esse constat. B R. Propterea & tu ipſe noli hūc  
virū in improbitate imitari, ne & tu vitupe-

rii particeps euadas. S E. A nobis dictū est su-  
perius facilius esse hæc dicere, quam facere.

BRA. Et à nobis responsum est , facilius esse facere , quām dicere. Nam facere,nihil aliud est,quām à referenda iniuria abstinere.quod facillimū est, cùm inferre iniuriam sit difficil limum:nā opus est media inuenire , per quæ inferatur, pericula euitare, quæ iam contin gere possent. Cùm igitur te accepisse iniuriā putas,hoc est potissimum documentum,co hibe animum, mētem tuam statim reprime, noli vel minimum temporis supra hanc rem cogitare. Quippe( vt Maximi exemplar) sicut inter corporis morbos qui serpunt, cō tumaciter sanitati resistunt , ac propterea co portet firmum curationis genus adhibere,vt quod superest tabi, saluum fiat:Ita in iniuria referenda,quæ optimè serpentimorbo com paratur.nam quandoque per vrbes, quādo que per prouincias adeò serpit, vt infinitoru malorum causa sit, nisi firmū remediū exhibeat. Est autē firmū remediū, cohibere patiq; quod aliquis putabit esse iniuriā , sed iniuria verē nō est , si quid sit iniuria ad vnguem consideremus. Nostris his temporibus cal amitatibus plenis,videmus ob iniurias Carolum Imperatorem Quintum copioso exercitu in Galliā ingressum esse , & Franciscum Galloru Regē non minori exercitu econtra rio oppugnare. poterat autem vel uno mini mo verbulo pax inter hos cōponi, sed vterq; putat

putat se iniuria affectum. Quis verò eorū re  
cte bellet, aut quis non recte, nouit gloriōsus  
Deus, qui illi opem ferat, qui studet eius san-  
ctam fidem erigere, confirmare, & ampliare,  
& qui Italiam in tranquilla pace seruare de-  
beat. In reliquis prouideat Deus, faxitque ut  
summi pastores, qui in Petri cathedra sedēt,  
& Christi claves habere profitentur, potius  
bella sedent, quām ea mouere conentur. s s.  
Tu igitur neq; Gallorū, neq; Imperatoris fa-  
ctiones sequeris? BR. Et impense fatuos existi-  
mo qui sequuntur. cum Paulo dicam, Quæ  
supra me, nihil ad me. quantū in me sit, Deū  
optimum oro, vt integra pace fruantur.  
Quod si fieri non possit, is superet qui Deo  
placebit, & qui Christianam religionem au-  
gere debet, & illustrissimum Ducē nostrū in  
pace relicturus est, sit quicūq;, is superet, vin-  
cat, fiat totius Christianæ religionis dux, &  
antesignanus. At ad rē nostrā redeūtes, sola  
iniuria, vel credita iniuria, tantarū litiū cau-  
sa est, & alicuius ingentis facinoris erit. s E N.  
Si hi qui summi sunt in Christiana fide pro-  
ceres iniuriā referūt, cur ego homuncio re-  
ferre non debeo? B R A. De his tam magnis vi-  
ris loqui nostrū non est. In genere tamen di-  
cemos illos neq; esse Christianos, neq; Christi  
imitatores, qui iniurias patienter non fe-  
rūt. s B. Si haec à principibus despicerētur, &  
placi

placidè ferrent iniurias , omnes de illis teme  
rè male dicerēt. B R A. Malè dicant quantum  
lubet, si ipsi Christiani sunt, negligere debēt,  
& prauorum maledicētias conténere. Quip-  
pe principis officium est, illos punire qui in  
alios iniuriam inferunt: eis verò sponte & li-  
benter parcere, qui in ipsis metu Principes in-  
ferre conantur . S E N . Illuc duci non possum,  
vt credam te libenter iniurias pati. B R A S A .  
Hoc ad rem nihil facit. Si tibi cor di est meam  
naturam cognoscere , eam à cunis usque ex-  
plicabo. S E N . Hoc mihi gratissimum erit. nā  
fortè commonitus iniurias ferre addiscam:  
sicut iuxorem meam abs te frēnare didici, &  
iam domi tranquilla pace fruor. B R A S A -  
V O L . Ego meopte ingenio in vindictā incli-  
nor, & nisi Deus optimus mentem meam  
direxisset, de omni etiam exili iniuria vindic-  
tam referre optarem , nec quicquam mini-  
mum ferre possem. Tamen à Deo mihi da-  
tum est, vt hanc naturalē inclinationē cognoscerem, & cognitā superarem , ac profligarē.  
S E N . Optima victoria hæc est, quam supra o-  
mnes alias collaudat Salomon. sed quomodo  
teipsū vincere potuisti , & à quo præceptorē  
hæc artē didicisti , vt naturam propriā tibi à  
materno utero insitam superare possis? B R A  
S A V O L V S . Omnia tibi explanare tentabo,  
si aures porrexeris. Ut dixi, meapte natura,

iniurias ferre non poteram. Tamen à pueri-  
tia Deus quandam bonam mentem mihi cō-  
cessit, & in bonum propensam. S E N. Quo-  
modo in bonum propensa erat, si vindictam  
inferre cupiebas? B R A S. Hoc audias, in aliis  
quibusq; actibus. nā satis recta erat de se, mo-  
dō nō afficeretur iniuria: nec vñquam infer-  
re iniuriā optabat, licet quādoq; referre co-  
gitaret. Itaq; hac recta mente, à Deo (vt arbi-  
tror) ductus, omnes actiones meas in Deum  
dirigebam, illum frequenter exorans, vt diri-  
geret gressus meos in semitas suas. Imò in  
puerili illā ētate, quæ prope infantiam est, an-  
te pubertatem, orationes quasdam & preces  
ad Deum mihi fingebam, quibus maiestatē  
eius orabam, vt bonum me redderet, & ad di-  
scēdum aptum, & talem me effingeret, vt con-  
tinuè mandata eius seruarem: nonnullaque  
alia addebā, vt nostræ vires suppeterem pote-  
rant. Fortè benignus Deus & misericors hūc  
animum respiciens, in melius direxit, & per-  
seuerare fecit. Imò nihil tunc agebam, quin  
ad vota succederet. Progrediētē ētate huma-  
nioribus literis incumbere cœpi, diuinum au-  
xiliū nō defuit. etenim nullus erat qui me ad  
bonas literas hortaretur & excitaret. Quin  
mater mea viro orbata, vt erat circa filios te-  
nella, cūm noctu surgebā vt literis incumbe-  
rem: conquerebatur, mihi conuicia dicebat.

time

timebat enim ne in illa tam tenera ætate in aliquā scuam ægritudinē inciderem , & ante diem præuenire. Interim clericus effectus sum, templo frequentabam , linea veste indutus, ad matutinas horas singulo mane surgebam. Musicæ incumbere cœpi; sed glorioſiſimo Deo non placuit me per hunc modū illi inseruire. Cœpi Iuri Ciuiili incumbere, & Canonicō:nec ista fuit mea illa vocatio, qua à Deo vocandus eram. Cœpi liberalibus artibus incumbere, & duce Deo in trium annorum curriculo ita profeci, ut diebus festis ad dialecticam interpretandam , cùm adhuc & puer essem & scholaſticus, vocarer. Sequenti anno, artium & medicinæ (vt inquiunt) insignia adeptus sum, & anno M.D.XXI. Illustriss. Herculi Alphōſi ducis Ferrarie primogenito inseruire cœpi, qui me in Galliam duxit M.D. XXVII. I.S.E. Nescio quorsū per hęc diſcurſas. B.R. Statim intelliges. Cùm ē Gallia in Italiā redii , protinus vxorem duxi, anno ætatis meæ XXVIII. Tūc per vniuersum trāſactæ vi tæ curſum diſcurrere cœpi, & manifeſtè cognoui me ad hanc vſque ætatem per cōuenientia media honesta & laude digna perueniſſe, idque non esse factū ex meis viribus, & ex mea induſtria, vel ex meo ingenio, ſed tantū ex nutu Dei, ex virtute diuina, Deo optimo doctore, qui me huc perduxit, quasi ita illi

ex sua infinita bonitate placuit. Et licet à pueritia omnia quæ agerem, omnia quæ cogitarem, in Deum semper referré tur, id erat vniuersali quodā modo factum, non ita statutè vt in hoc particulari discursu M. D. X X V I I . quo tempore intra me disposui, iuravi, ac statui, si non eram futurus probus, saltem studere probos imitari: cœpique eo tempore multos Davidis Psalmos legere, ac releggere, non paucas orationes obmurmurare, multis sacris, quæ missæ vocantur, interesse, officia cum virginis, tum magnum (vt dicunt) in dies repetere. Sed in his tanta temporis copia conterebatur, vt vix pro negotiis sufficeré, immo re vera nō sufficiebam: propretra coegerunt me rei medicæ praxis, & publica lectionū interpretatio, tot Psalmos derelinquere, & tot diuina officia, & hoc factum est (me iudice) Deo ipso gubernante, atq; dirigente nam & hoc non minus bene facere est, quam psalmos cantillare, scilicet lectionibus incumbere, publicè docere, rem medicam exercere, negotiis familiaribus, & illis quidem multiplicibus prouidere. Propterea ut probi viri officio fungemur, iterū cōsiderare cœpimus & métis acie discurrendo probare illū non esse probū vi rum, qui multos Psalmos congerat, qui assiduus in sacrī intersit, si in reliquis vitę operi bus,

bus malus sūt, quāuis illa bona opera sīnt. An  
verò meritoria vel nō meritoria, his disputan-  
dū relinquo, q̄bns otīū est de his rebus dis-  
fere: nā mihi satis est in his rebus patrē meū  
imitari, auū, atanum atq; abauū, qui semper  
probissimi viri ab vniverso populo crediti  
sunt. Cœpimus igitur vias alias tētare, vt p-  
bi viri officio fangeremur, & nūquā à recto  
tramite vel minimū discederemus. Illud oc-  
currit, si nunquā ingeniolo nostro otīū dare  
mus, sed in cōtinuis negotiis effet occupatū,  
non dari illi cōmodū vel occasiōne aliquam  
cuiuspiam mali perpetrandi. Itaq; & diurnas  
& nocturnas horas partiri cœpimus, vt esse-  
mus semper in negotio. Verūm cum his etiā  
perpetuis occupationibus, quibus aliquod  
vitæ spatiū transgimus, si quid mihi inten-  
tim dicebatur aduersum, si quis retulisset,  
(vt sepe cōtingebat) aliquē de me obloquiu-  
tum esse, & stuabat animus, irasciebar, crucia-  
bar, de vindicta cogitabam, & quo modo in-  
juriam referre possem: quanuis circa alia mi-  
rē occupatus essē: nempe malignus hostis  
diabolus iniuriæ speciē suggerebat. Tunc  
nouimus & hanc non esse perfectam viam  
ad probitatem, & ad ferēdas iniurias: deniq;  
multis viis cōsideratis, in illā puenimus, atq;  
descēdimus, & in illa assūscere cœpimus,  
perseueramus, & perseveraturos statuimus,,

quæ est in omnire, in omni cogitatione, in  
omni negotio, quantum possibile sit Christi  
vestigia imitari. Cœpi igitur cùm aliquis mi-  
hi dicebat, in tali virorum confessu onnes de  
te honestelocuti sunt, præter magnū illū Sa-  
trapam & publicum maledicū, qui mirè ob-  
loquebatur. Tūc intra meipsum cogitare in-  
cipiebam (quanuis arderet animus in vindi-  
ctam) quid fecit in hoc casu Christus noster?  
quoniodo se gessit in illos, qui eum blasphem-  
iis atq; cōuiciis iritabant? noscebamus, le-  
gebamusq; pro illis Deum patrem exorasse,  
vt illis parceret, qui nesciebant quid facerēt.  
Cœpi & ego Christum imitari, pro his Deū  
orans, qui de me obloquebantur, quilædere  
cupiebāt, & tentabāt. Sed primis illis vicibus  
cùm hanc artem exercere cœpi (etenim ars  
quædam est hæc Christi imitatio) in primo il-  
Io vestibulo sensus mirè pugnabāt, & imagi-  
natio ipsa fermè refugiebat, distorquebatur  
animus, vt pedem feret ab hac bona imitatio-  
ne retraherent, & pro his orandū esse nollēt.  
Veruntamen ratio ipsa, quæ id sibi agendum  
statuerat, repugnabat, reprimebatq; sensus.  
Et hæc erat non mediocris pugna, quia mea-  
pte natura in vindictam pronus eram: tamen  
cùm ratio bis, ter, & quater sensum vicisset,  
deinde facilius & cum minor labore supera-  
bat, & facilius cedebāt sensus. Mirūq; audias,  
cum

cum iam ratio sensuum domina esset & præses, in meipso tamen expertus sum rationem ipsam quandoque facilius, quandoque difficius victoriam assequi. Id ego corporeis humoribus attribuebam, qui in dies regenerantur, & soluuntur: cum enim biliosi essent, tunc sensuum appetentia magis vigebat. Verum deinde rationi submittebantur sensus, cœpimusq; non solum verè, & ex tota mente, & ex tota anima nostra illis parcere, & Deum pro eiusdem orare, sed etiam ore, aliquibus auditentibus, cum mihi simile quid referebatur, dicebā: hi fortè qui de me obloquuntur, magis me cognoscūt, quam vos faciatis. & certè (in hoc enim nō te decipiam) primis illis vicibus quando hæc dicere cœpi, ore loquebar, non corde: postea paulatim assūescere cœpi: prius autem natura sæpius repugnante. Imò diabolus (ut arbitror) hominū hostis acerrimus, in memoriam meam plurium tum philosophorum, tum poëtarum, tum historicorum dictoria reuocabat, quibus iubent, inimicis non esse parcedum, sed conuenire, illis se terribilem reddere: quæ cum fidei nostræ opposita esse cognoscerem, statim ad Christi imitationem me vertebam, cuius dicta & gesta his penitus & ex diametro opponebantur, & eum pro summo philosopho, & pro summo poëta, & pro summo historico habebā:

in hacq; dæmonis suggestione, & rationis  
pugna, mens non sine magno labore supera-  
bat, & paulatim victoriæ in hac pugna assue-  
fcebatur. s e n. Nō possum non putare hunc la-  
borē esse magnū. b r a s. Et hoc vñū nō præ-  
termittam, in illis primordiis huius imitatio-  
nis non esse satis verba Christi legere, atque  
gesta, nisi aliquem probū virum adeas, qui  
jam huic pugnæ assuetus sit, & quem actu ita  
segerere videoas, & ex animo hoc faciat, non  
autem ex inani quadam gloriola: nam multi  
sunt, qui ex inani gloria Christū imitari stu-  
dent, ut videantur ab hominibus, & probi in-  
dicentur: qui ex hoc suam mercedē habent.  
s e. Quē imitatus es in hoc opere? b r. Elegi  
præ omnibus patruum meū Ioannē Brasauo-  
lum, qui habebatur tanquā probitatis spe-  
cimē & exéplar in hac vrbe, cui animū meū  
explicau, & totam mentem aperui. Ille inten-  
tionem meam summè laudauit, & simul do-  
cumenta quædam ad hunc finem assequen-  
dum tradidit, quæ supra modum prodesse  
reperi. s e. Quænām fuere hæc tam salubria  
documenta? b r. Vnum fuit, hominem non  
moueri aliquo intrinseco affectu, sed omnes  
superare. s e. Quomodo hoc intelligis? nam  
ad bonos affectus moueri oportet. b r. Lo-  
quebatur de affectib. animæ concupiscibilis,  
scilicet non irasci, re etiā, quæ ad iram prouo-  
cet

cet, imminente, hoc est, non multum irasci, &  
si possibile est, nihil irasci: non gaudere re, quæ  
ad gaudium faciat, irritante: non tristari ad-  
uersus, & prosperis non lætari. s e n. Volebat  
ergo te esse stupidum hominem & lapideū.  
B R A. Scito charissime Senex, hoc unum esse  
ex potissimis documentis, quæ in pr. bitate  
dari possint: nam qui affectu aliquo non mo-  
uetur, hic necessariò probus est. s e. Quomo-  
do potuisti tu ne irasci in aduersis, nō gau-  
dere in prosperis, atq; lætari? B R A. Ingenuè  
fateor, me nondum illuc peruenisse, & ad il-  
lam perfectionem accessisse, sed in dies acce-  
do magis atque magis, breuique futurū spe-  
ro (Deo fauente) me illam aſſecuturum, non  
tamen absque magno labore, cum sensus o-  
mnes ex diametro oppugnent. s e. In princi-  
pio quónam modo perfectionē illam acqui-  
rere cœpisti? B R A. Postquam in hanc arenam  
descendimus, omnia ingenuè tibi aperiam:  
Statui intra me omnia, tue bona, siue mala  
ercent, in Deum referre, & de omnibus etiam  
vel bonis, vel malis illi gratias agere. Cœpiq;  
illud Sapientiæ promulgatū vei bum cōſide-  
rare, Si bona accepimus de manu Dei, mala  
autē quare non? Et cœpi cōſtanii animo cre-  
dere Deum curare mortalia: itaque cùm ali-  
quid mali cōtingebat, vel referebatur, omni-  
potenti Deo gratias agebam, sed primis illis

vicibus ore dicebam, & animus erat anceps,  
atque ægre ferebat. Si aliquid prosperū con-  
tingebat, iterum laudabam Deum, sed corde  
gemitiebam. Postea paulatim effeci, ut vix do-  
leam in aduersis, vix in prosperis læter, & bre-  
uis futurum spero, quod his affectibus nō com-  
mouebor: sum enim huic perfectioni satis  
propinquus, ut his affectibus nō mouear. Ab  
amicis plerunque refertur, nonnullos de me  
oblocutos esse: eos negl. & nisi esset pri-  
mus quidam sensuum impetus, quem nescio  
an unquam extinguere potero (nam primi  
motus in nostra potestate non sunt) iam fi-  
nem operis affectus essem. Nunc autem in  
hoc totis viribus incumbo, ut primos illos  
motus comprimam. Si quispiam de me bene  
loquatur, has laudes parui pendo, videoque,  
& tota mente percipio, hæc ad integrum sa-  
nitatem, & vitæ longitudinem multum con-  
ferre. Si filius mihi in lucem prodeat, aut filia,  
Bene venerit, in quo, nihil malum est, quod à  
Deo mittitur: si moriatur, Deus dedit, Deus  
abstulit. Si lucror, bona sua dat mihi Deus. si  
aliqua auferuntur, fortè ille indigebat. His  
verbis & cōstanti animo omnes affectus com-  
primere studeo. Frequenter expertus sum pa-  
trium meum Ioannem Brasavolum hoc ani-  
mo affectum esse. Et certè hoc documentum  
pulcherrimum fuit, & supra omnia, quæ dari  
possunt,

possunt, & in quo opus est, frequenter exerceri, si integrè assequi debeamus. Exercitium verò ita incipit, Si omnia in Deum primò verbis, deinde corde referamus: nam frequenter ex exteriori quodam habitu interiorem provocamus & excitamus. Multa verò sunt, quæ ad hoc nos adiuuant: unum est, si frequenter imbecillitatem nostram consideremus, quod ex terra conflati sumus, & stercore pleni, citò corruptibles, foetidi. Aliud est, ut humiles esse studeamus, & in ipso nos exerceamus. s e. Quomodo fieri poterit hoc humilitatis exercitium? b r a. Quinque à diuo Bernardo referuntur, quæ ad humilitatis exercitium faciunt. Primum est, amor vilitatis, ut ea quærat homo, in quibus & locus quidam videatur iniuriæ. Secundò, assiduitas subiectionis, ut semper cum aliquo esse velit, quem reuerteretur & timeat, ut discat refringere suā voluntatem. Tertiò, comparare se melioribus, ut semper inueniat hominem, cui comparatus ipsi multa desint. Quartò, assidue propriam conditionē considerare: ut ad omnem elationis motum occurrat, quid superbis lutum? quid superbis cinis? Quintò, considerare occultum inspectorem, cui etiam aperta sunt arcana cordis. s e n. Hæc potius ad cullatum spectare videtur, & ad illud nouum genus Frāciscanorum, quod vulgus à cucul-

Io Scapucinos vocavit. <sup>B R A.</sup> Imò ad Christianum spectant. <sup>S E N.</sup> Habuistine alia præcepta à patruo? <sup>B R A S.</sup> Et complura, vt id,  
 Quòd Christi verba, mores, & gesta semper  
 in promptu haberem, & totus scateré Euangeli,  
 ac Pauli & aliorum Apostolorum sententiis, <sup>S E N.</sup> Optimum quidem præceptum  
 hoc est, sed (vt arbitror) nunquam illud asse-  
 querer. <sup>B R A.</sup> Ne diffidas, ô Senex: nam in il-  
 la es ætate, in qua & facile præceptū assequi  
 poteris, & facilius in opus committere. hoc  
 enim in mea ætate difficilius est, quæ vigens  
 est, & in qua feruet bilis, & omnia ad motum  
 prompta sunt. Verùm & illud non medio-  
 cre documentū fuit, mortem non esse timen-  
 dam: nam hic timor multorum malorū cau-  
 sa est, tu enim aperta fronte veritatem profi-  
 teri debes, etiam si ob veritatem immineat  
 mors. Nec illud prætermittam intactum, se-  
 dulò conscientiam suam examinandam esse,  
 & sacerdoti præsentandam. hoc enim facit,  
 vt seipsum cognoscat homo. Imò antiqui ni-  
 hil præclariss, nihil excellentius in tota hu-  
 mana vita existimarūt, quām seipsum cognos-  
 cere. propterea ab oraculo Apollinis è cœ-  
 lo aurea illa sententia dēcidit, γνῶθι σεαυτόν.  
 Cognosce teipsum. Quod summus Poëtarū  
 Vergilius probum virum edocere studēs in-  
 nuit, ita canens:

Vir bonus & sapiens, qualem vix repperit  
villum

Millibus è cunctis hominum consultus  
Apollo,

Iudex ipse sui totū se explorat ad vnguē.  
Quid proceres, vanique leuis quid opinio  
vulgi

Securus, mundi instar habens, teres atque  
rotundus,

Externæ ne quid labis per leuia fidat.

Ille diē quām lōgus erit sub sydere Cācri,  
Quantaq; nox tropico se porrigit in Ca-  
pricorno

Cogitat, & iusto trutinæ se examine pēsat,  
Ne quid hiet, ne quis protuberet angulus,  
æquis

Partibus vt coēat, nihil vt deliret amussis.

Sit solidum quodcumque subest, nec ina-  
nia subtus

Iudicer admotus digitis pellentibus ictus.

Non prius in dulcem declinat lumina fo-  
mnum,

Omnia quām lōgi reputauerit acta diei:  
Quò prætergressus, quid gestum in tem-  
pore, quid non.

Cur ipsi facto decus abfuit, aut ratio illi.

Quid mihi præteritum, cur hæc senten-  
tia sedit,

Quā melius mutare fuit, miseratus egēte.

Cur

Cur aliqué fracta persensi mente dolore.  
Quid volui, quid nolle bonum foret. uti.  
 le honesto

Cur malus antetuli. num dicto, aut deniq;  
 vultu

Perstrictus quisquam : cur me natura ma-  
 gis, quam

Disciplina trahit. sic dicta & facta per o-  
 mnia

Ingrediens, ortuque & vesper e cuncta re-  
 uoluens,

Offensus prauis, dat palmam & præmia  
 rectis.

Vides hic charissi. Senex, quam sancte, quam  
 pie, quam religiose, quam Christiane Vergi-  
 lius, vel quisquis fuit Poëta ethnicus, & (vt ab  
 aliquibus falso, vt puto fertur) impudicissi-  
 mus cecinerit. S E N. In sola sui ipsius ferè con-  
 sideratione & cognitione, & suorum actuum  
 pensiculatione virum probum statuit. B R A.  
 Ita est, & nihil inueniri potest quod hominē  
 aut meliorem, aut magis probū reddere pos-  
 sit cōfessione (vt nūc vtat hoc vocabulo.) hac  
 enim homo seipsum explorat ad vnguē, quid  
 fecerit, quid facit, quid se facturū parauerit.  
 S E. Hoc equidē nō mediocre documentū est,  
 vt homo probus euadat. B R A. Imò optimū:  
 nam ita se gerere, vt frequenter ab auditore  
 peccatorum eius mala gesta audiantur, est  
 se ip

se ipsum considerare, & se totum ad vnguem  
contemplari, quod ad perfectionem multum  
facit. *s e n.* Cum adeo utile sit nostra commissa  
audiri, de nonnullis miror, qui nostro hoc tem-  
pore, confessionem (ut vocant) è medio au-  
ferre tentant. *b r a.* Id auferre tentant, quo  
in nostra religione nihil perfectius, nihil ex-  
quisitus, & nihil ad salutem commodius. Nos  
non solum videmus apud Theologos confes-  
sionem istam ad salutem animarum esse uti-  
lissimam & necessariam, sed apud Ethnicos  
etiam & Gétiles quidem eius effectus summe  
laudatur. *s e n.* Quinam est hic effectus? *b r a.*  
Omitto impræsentiarum omnium delicto-  
rum remissionem si ex toto corde fiat: sed  
sui ipsius cognitionem intelligo, quam ex  
confessione, si pura sit, perfectissime acqui-  
rimus. Nullus enim pura mente auditori pec-  
catorum sua commissa refert, qui seipsum, id  
est, hominem suum interiorem non exami-  
nauerit, atque diligenter excusserit, & non vi-  
derit quibus, & quot maculis sit aspersus. Fuit  
ergo optimum consilium eius, male commissa  
probo cuiusdam viro referre. *s e n.* Deditne alia  
documeta patruus? *b r.* Et multa, inter quæ  
illud erat, quod leonino carmine referebat,

Quod tibi tu non vis, aliis fecisse caueto.  
Hæc enim est naturæ Lex, ne id alteri feceris,  
quod si tibi fieret, ægræ ferres. Nec illud præ-  
termi

termisit, nihil ex improviso faciūdum, aut descendam, quin prius considerarem, quid contingere possit. **S E N.** Nec istud fuit vanum documentum. **B R A S.** Imò & quod Alexander Magnus à Diogene illo Cynico accepit, & eo à morte quandoq; liberatus est, cum eius tonsor ante Alexandri ædes sententiam istā prescriptam inuenisset: & hoc potissimum facit illa consideratio, quia si ira percitus es, interim remittitur, aut cessat: si nimio gaudio affecteris, interim dum finem consideras, remittitur gaudiū, & dicta quedam vana effugis, quæ illi dicere solent, qui nimio gaudio affecti sunt. Nos cōplures vidimus, quibus mens & salubrius fuisset, ita repente nō respōdisse, nempe irreuocabile verbum. **Augustus Imperator** puto ab Athenodoro cōsilium pertens in ira, in quam præter modum accendebatur, respondit, Nunquam in vindictā progredi debere, quin prius vigintiquatuor Græcorū literas recensuerit. Et Platonis sententia refertur, qui à famulo prouocatus noluit illū verberare, imò dixit: Te verberassēm, nisi esset ira percitus: ac si innueret, nihil agendū cum affectus est animus, sed tunc agendū est, cum affectio, quæ animum occupat, remissa fuerit. **S E N.** Observastine tu hæc omnia documenta? **B R A.** Observare tentavi, & obseruo: sed nōdum illuc accessi, vt perfectionem hab.

habeam : spero tamen Deo duce, me brevi il-  
lam assēcuturum. Volebat præterea omnia  
in Deum referenda esse, ne in alicuius rei glo-  
riolā duceremur: vnde quicquid occurrebat,  
id omne ex Dei voluntate factum esse cense-  
ri oportet. Cùm cœpi me in hoc documento  
exercere, solis verbis, & non corde profere-  
bam : deinde paulatim exercitatus in id deue-  
ni, vt omnia tum bona, tum mala, natu Dei  
fieri putem, & omnia in illum referam, non  
quidem summis labiis, sed ex tota mēte mea,  
& quæcunque à me siant, à Deo fieri procul-  
dubio censeo. Hec sunt documenta, quæ se-  
nex ille venerādus Ioānes Brasauolus probi-  
tatis specimē mihi referebat, quibus semper  
Christi verba, mores, & gesta coniungebam,  
& nunc coniungo : sed utinam illum imitari  
possem, vt cupio. Ad rem igitur redeentes,  
pro qua in hanc arenam descendimus, si quis  
de te male loquatur, negligito hæc verba: co-  
gita quid fecerit Christus in maledicos. indi-  
ca illa vera esse, quæ à scelesto illo dicuntur:  
vel time ne vera sint, & animum tuum tunc  
corrige ac perfice : pro hoc maledico viro  
Deū orare ne cesses, vt benedicus fiat, vt inte-  
gra mēte donetur, vt resipiscat & errores suos  
cognoscat. S E N. Deo vindictam conimitā,  
& ipse retribuet. B R A. Imò Deum orare de-  
bes, ne de hoc viro vindictam sumat. S E N. Ita

in sacris literis scriptum inueni, Deo vindictam relinquendam: Mihi vindictam, & ego retribuam. B R A. Id certe in sacris literis scriptum est: tamen non arbitror ex hoc intelligi Deum orandum esse, ut vindictam sumat, immo nec optandum, nec cogitandum: Deum potius orare debemus, ut per sequentibus nos parcat. Est vero huius sententiae sensus: nullus vir probus vindictam sumere debet, sed Deo derelinquere, qui id agat quod lubet: & tibi cordi non sit, quod vindictam sumat. s E. Amo a Deo exerceri iustitiam. B R A S. Bonus est amor, & laude dignus, si iustitiae amore mouearis, & non aniore vindictae. Cum vero hoc potius ames propter vindictam, ob hoc ora, ut vindictam non sumat, sed illi misello parcat: tuque paruipendas loquaces, & maledicos, qui non de te viro probo, sed de seipsis male loquuntur. Quod si feceris, Deo placebis, vir bonus euades, tuae vitae diuturna tempora adiunges, & hi viri maledici denique inuidia rumpentur, Deusque dirigeret gressus tuos in semitas suas. s E N. Hic tuus discursus mihi summè placuit, tuaque documenta aggredi incipiam, modò aillequi possim. B R A. Si sedulò ac frequenter in ipsis exercearis, videbis te paulatim probum virum evanescendum. s E N. Experiri decreui, si probus vir fieri possum. B R A. Fies omnino, si prædictas regulas sequaris:

sequaris: quāuis multæ aliae sint apud diuum Bernardum, quas data opera prætermisi, ut breuius quām fieri posset ad institutum nostrum descéderemus. s.e. Institutū erat de Catapotiis sermonē habere, sed præscriptæ regulae sūt animæ catapotia, quibus & ipsa expurgatur, et à prauo in bonū alterari potest.  
**B R.** Hāc igitur lucē in catapotiis cōteremus.  
**s.e.** Nisi refugias. **B R.** Ad te potius accedo. **s.e.** Vnde initiū sumet oratio? **B R.** A nominis interpretatione, & ab expositione vnde originem duxerit, si tibi videbitur. **s.e.** Imò maximè videtur.

**B R A S A V O L V S.**

**H**oc igitur modo exordiamur. Pilulas *Pilulae* <sup>vna</sup> recentes vocant, quasi paruas pilas: sūt *de dicte*, enim in paruarū pilarum modū pilulæ, hoc *quid sīnt*, est, in rotundum: nempe compositiones sunt *& de earū ex te simplici*, vel pluribūs in rotundum *con forma*. formatæ. Hanc verò figuram præaliis elegere medici, vt facilius per stomachum & gulam in ventriculum descendant. nam rotundum corpus nullam eminentiam habet, qua impediri possit ne descédat. Præterea plura in rotundo corpore cōtinétur, quām in alia quilibet corporis figura: est enim capacissimum rotundum corpus. Adde, vt vndiq; æqualiter liquecant pilulæ cùm in ventriculo sunt, rotundæ sūnt. hæ sunt ferè causæ cur pilulæ rotundam formam nactæ sīnt. **s.e.** Audiui & il-

Iam formam habere, ut diutius in ventriculo morarentur. B.R. Non est causa cur diu in ventriculo commorentur, sed illa, quia præduræ, nō liquidæ, quia prædensæ, non fluidæ, qualia sunt liquida medicamenta, quæ facile discurrunt, antequam in vapores soluta sint. At pilulæ à vetriculo non abeunt priusquam liquefactæ sint, & iecur petierint, & vapores per uniuersum corpus transmiserint, & caput potissimum impleuerint: vnde passim receptum est, medicamenta in hanc solidâ formam redacta facilius à capite educere, quam si liquida, & in rei potabilis formâ accepta. Imò nō solùm à capite, sed & à quibuscumq; remotioribus partibus. Nec illud præterea dum: cùm illa, quæ pilulas ingrediorunt simplicia ut plurimum amara sint, & quæ naufem inferant sumentibus, hæc rotunda forma inuenta est, ut medicamentum citò descendat, & vix vel nihil degustetur. Orbiculi, & globuli à Latinis nuncupari possunt, à Græcis οὐρηοι, & καταπότια dicuntur. S.E.N. Est ne apud Græcos proprium pilularum vocabulum καταπότιον? B.R.A. Græci non vocant solas pilulas catapotia, sed omnia quæ integra deuorâtur digitis ori admotis, & integra deglutiuntur, ut à medico fiunt, catapotia nuncupât: nempe verbum habent καταπίνειν, quod est deuorare, à quo καταπότιον

*Orbiculi.*  
*Globuli.*  
*Κόκκοι.*  
*Καταπότιον.*

πιον dicitur, quicquid integrum deuoratur,  
quamcunq; habuerit formam. vel quia laryn-  
ga dicitur *λαρυγγός*, per quā hæc transeūt,  
fortè catapotia dicta sunt. s. e. Quicquid igi-  
tur insunitur & deglutitur, etiam si rotun-  
dum nō sit, catapotium dici commerebitur?  
BR. a. Evidem. tamē & ipsi in vsu habebant  
catapotia. s. e. Et in forma rotunda? BR. In  
rotunda, s. b. n. Potestne hoc facile probari?  
BR. Facilius, si duo aut tria Græcorū autho-  
rum loca adducemus, quibus sua catapotia  
in rotundum vergere ostēdamus. s. e. Addu-  
cas quæso. BR. Ab hoc incipiam, qui statim  
menti subiit. Alexander Trallianus libro ij.  
cap. iiiij. vbi de tufsi ex materia agit beccica  
catapotia formare docet, quæ in globulos  
conformari debere inquit, erui quantitate:  
certū verò est globulum in modū erui in ro-  
tundū vergere. & lib. ij. cap. xxj. de dysente-  
ria agens, docet conformari catapotia, quæ  
singula erui magnitudinē impleat. s. b. Fortè  
intelligit quo ad pondus. BR. De pōdere nō  
intelligit, quia dat bina, aut terna, sed de ma-  
gnitudine & forma: nā in aliis locis expressè  
præcepit redigēda esse in globulos, vt li. iiiij.  
cap. iiiij. Aētius & ipse lib. x. cap. xxxvj. de aro-  
matico crunio agēs, docet aloen reduci debe-  
re in catapotia magnitudine ciceris, & duo,  
aut tria esse danda. Et in fine nonilib. ponit

catapotiū dysentericū; & quod dicit ad erui magnitudinē cōformari, & quinque, aut sex danda. Et in variis aliis locis, cum de catapotiis agit, in globulos formari docet. & Paulus Aegineta cap.v. septimi lib. catapotia cōfici ostendit in modum ciceris, quorum dat vndeclim una vice. Habes igitur in rotūdum vergerē antiquorum catapotia: quāuis non sit necessaria illa forma, vt apud Cornelium Celsum videre est lib.v. cap.xxv. qui de catapotiis agit, & quandoq; ad erui magnitudinem cōficit, quandoq; ad nostræ fabæ magnitudinem, quandoq; ad fabæ Aegyptiacę. Tamen in eo genere catapotii, quod ad plures dolores per somnū leniendos facit, manifestè ostendit esse etiā catapotiū, et si illam formā non habeat: nam vult cōpositionem illā reducendam esse ad crassitudinē sordium, postea ex ea aut paulū deuoretur, aut aqua diluatur, & potui detur, idemq; facit in sequenti compositione. s.e. Nostri igitur boli & electuaria, catapotia essent. b.r. Electuaria in ore tenentur, & ideo suum nomen habent eclegmata: boli vero quos denorādos facinus vel ex causa, vel ex alia re, omnino sunt catapotia, si vorentur, & integra transglutiantur, vt nomen ipsum ostēdit. s.e. Erit ergo inconstans vocabulum catapotium, & non solū pilulas nostras significabit. b.r. Est equidē: propter

pterea vtor potius Latinis vocabulis, aut globulos, aut pilulas nominans. Sed his, quæ in genere dicta sunt, omissis, ad singularia catapotia descendamus: nam infinita propemodum Græcorū authorum loca inueniremus, quibus probari possit catapotiorū formam talem esse, ut deglutiri possit. Dic verò quo ordine catapotia scripsi? s.e. Ut loculi & pyxides offerebātur. B.R. Igitur genus primum legas quod in tua scheda scriptum est, nam ab eo incipiemus.

## S E N E X .

**P**ilulæ Alefanginæ nuncupatæ, illæ sunt, Pilulæ Alefanginæ, et quarū pyxis mihi scribenti occurrit. B.R. fanginæ, et Nec ab re, nam & apud Mesuen primæ sunt unde dicantur quæ in suo libro offeruntur. Alias verò tibi tur. dictum est, apud Mauritanos Alefangin pulueres odoratos significare, & grati saporis, quibus in obsoniis utinam, & vulgo simplici nomine species vocantur: sunt autem aroma ta: propterea hæc pilulæ de aromatibus interpretatur, non ob id solùm, quia aromata Pilulæ de tatiū recipiat, sed quia multa capiunt aroma aromatica. Aliqui ab Aloë aloefanginas nūcuparunt. bus, & vna Mesue inquit ad ventriculi dolorem conuenire, quando ob pituitam doluerit, & ipsum roborant, coctionē accelerātes: cerebrumq;, & sensus omnes, ac ventriculum à crassis humoribus liberant, tamē ego in hoc casu sim-

plici hiera potius vt or , quām his Alefangi-  
nis dictis.Nunc autem eius compositionē ad  
ducito.s e. Hęc est quæ sequitur:

Recipe Cinainomi

Cubebæ	{	ana	3.	j.
Lignialoës				
Calamia aromatici				
Macis				
Nucis moschatæ				
Cardamomi				
Caryophyllorum				
Afīari				
Masticæ				
Schoenii				
Spicæ				
Carpobalsami				
Absinthii siccii				
Rosarum				

Terantur cōtritione crassā , & fundantur in  
ea aquæ lib. duodecim, & coquantur usq; ad  
consumptionem duarum partium : deinde  
fricētūr manib; & colentur , & eius aquo-  
sitas exprimatur , & recipe aloës succotrinæ  
bonæ libram vnam , quæ lauetur in lapidea  
patera vitreata , aqua pluiali. deinde exic-  
cetur , & fundatur super ipsam expressionis  
prædictæ circiter libras duas , & terantur in  
sole : deinde cum aloë ea quæ sequuntur mi-  
sceri debent:

Recip

Recipe Myrrhæ	} ana	3	v.
Masticæ			
Croci			ijj.

Tere contritione bona, deinde prædictæ expressionis residuum super ea fundatur, & conterantur, usque dum exiccentur, & fiant ex eis pilulæ in modum ciceris, & da ex eis à drachmis duabus usque ad aur. iiij. & quandoque affe<sup>c</sup>tio exigit, ut ex eis minuatur virtus aloës, & ponimus ex eo 3. iiiij. & quandoque exigit dispositio ut lauetur aloe prius cum aqua myrobalanorum, & tunc accipe ex eis ab 3. iiij. usq; ad 3. viij. & coque in aqua, & postquam coxeris cum hac aqua, exicca illam & lava ultimò cum aqua de speciebus, sicut diximus: sunt enim incolumes. Hæc est integra apud Mesuen Alefanganarum compositio. B R A S. Fuere diu apud recetes medicos probatae ac laudatae hæc pilulæ, & re vera nō videmus cur & nūc laudari non debeant, nisi in Græcis auctoribus alia potiora haberetur, ab ortu ferè mundi experta & cōprobata, & in quæ eadem ferè simplicia ingrediuntur. s E. Quænam hæc sunt? B R. Earundem ferè virium sunt ex pilulæ, quas de simplici hiera apud Galenum in septimo Methodi medendi libro inuenies: nam & si tot simplicia Galeni compositione non complectatur, ea saltem capit, quæ ad affectiones vetriculi, & capit is in materia

præsertim frigida potissimum valent: propteræ Alephaginis pilulis simplicem Galeni hieram nunquā postponimus, immo Galenum potius sequimur. s E N. Quid est Azari, quod hanc compositionem ingreditur? B R. Codex mendosus est: nam pro Azari, Assarilegendū est, & re vera ita constat in pluribus antiquis codicibus: quanvis & apud Damascenos hoc vocabulum Azarum, Assarū significet. s E. Non possum nō valde mirari de Mesue, qui sibi ipsi in hac compositione opponi videatur: nepe inquit, decoctionem fieri ad consumptionem duarū partium. verū vbi superius de decoctionibus usagebat, in ipsis sc̄per ordinem facit, vt illa, quæ maiorem decoctionem in ebulliēdo patiuntur, præcedant: quæ verd̄ minorē, sequantur. In his autē pilulis absinthiū ponitur, quod mediocrē patitur decoctionē, & rosæ adhuc minorem, multaq; ingrediuntur aromata substantiā raram habentia, & facile solubilem, vt ipse Mesue in hac cōpositione sua documenta seruare non videatur. B R A. Duo annotanda occurunt. vnū est, Mesuen ea semper non repetere, quæ ab ipso in aliis locis dicta sunt: vnde cum hic decoctionē fieri iubet, eam fieri intelligit secundum generales decoctionū regulas, quas prius veluti fundamenta iecerat, vt primō illa ebulliat, quæ decoctionē maiorem patiuntur

tur: deinde, quæ mediocrem: deniq; quæ modicam. Vel cum hæc in præsenti decoctione posita crassò modo conterenda docuerit, in hisq; pilulis vis quæ in cetro est simpliciū exígatur, & non illa, quæ in superficie, nam quæ in centro est, roborat, & quodā modo styptica est: propterea tanta decoctione, tamq; longa usus est. s.e. Tamē non mediocre dubium apud authores est de pulueribus, quos ipsi vocant species, an tenuissimè, vel crasso modo in puluerē redigi debeat. b.r. Hæc ambiguitatem non raro audiui, sed illam potissimum faciunt in colocynthide, ob diuersitatē authorum in ipsa & oppugnantia, & de qua suo loco dicemus. Ut autē impræsentiarū tibi satisfiat, dicimus cū decoctio sit (ut in hæc Mesua cōpositione) non exigitur extrema cōtritio, & in minutissimum puluerē solutio: cūm vero simplicia in pilulas conformare volueris, tūc in puluerē tenuissimum cōtere. Dic autem bone Senex, lauás ne aloën? s.e. Quid nam petis? lauo, & pluries. b.r. Ne admiratione afficiaris, si de aloës lotione interrogauerim, cūm & multi sint qui non lauēt: & fortè qui lauāt, uno quodā errore inter lauandū ducuntur. s.e. Quónā errore duci possunt? b.r. Tuū lauandi modū referas: fortè tunc errorem interim ostendemus. s.e. Aloën accipio, & in puluerem redigo: mox aquam iniicio, & baculo

circūduco, deinde hoc commisum relinquo  
 quoad aloe in vasiss fundum descedat: & tunc  
 aquam proiicio, aliamq; iniicio, & vehemen-  
 ter circunduco, & iterum descendere sino,  
 idemq; tertio facio. *B R.* Quoties hoc facis? *SE.*  
 Certum numerum non seruo, sed non minus  
 facio quam septies vel octies. *B R.* Cum lauas,  
 & quoties lauas, nonne aqua illa, qua lauas,  
 inficitur? *s.* Inficitur quidem, sed sorde aloes.  
*B R.* In modo tenuiori aloes parte, quam projicis-  
 simus cum aqua: unde nonnulli extitere, qui  
 aquam nunquam mutassent, sed in eadem aqua  
 perpetuò lauabant: dicentes lauare quando-  
 que est alicui rei aquam miscere: ut cum di-  
 cimus diluere vinum, hoc non est lauare vi-  
 num, sed aquam vino miscere. *SE.* Qui ita di-  
 cunt (me iudice) Mesuen non intelligunt: nam  
 hoc modo diluere una solùm fit vice, Mesue  
 autem iubet aloen pluribus vicibus effela-  
 uandam. *B R.* Nec ego hos laudo, sed veram  
 lotionem intelligo. *SE.* Tamen Albucasis ubi  
 de modis ablendi aloen agit, abluit imbi-  
 bendo simul decoctionem quandam, quam  
 parat. *B R.* Quenam est Albucasis decoctio?  
*SE.* Hæc quæ sequitur:

Recipe Casiae ligneæ

Spicæ nardi

Affari

Squinanti

}

ana

3. iii.

Carp

Carpobalsami			
Xylobalsami			
Cinamomi			
Ligni aloes	ana	3.	iij.
Croci			
Mastiches			
Laccæ			

Contunde, & coque in libris sex aquæ, donec huius aquæ medietas cōsumpta sit. Cola , & exprime, & pone in vitreū vas. accipitq; optimæ aloes libram vnam, & in puluerem redigit, ac triturat, deinde prædicta decoctione ipsam irrorat , donec tota in aloen imbibatur, ponitq; super vas marmoreū, aut vitreū, & in sole cōtinuè terit: deinde in mundā patēram ponit, & crassiori panno tegit, quoad exiccatur: cùm exiccata fuerit, iterum in puluerē conterit, & alia decoctionis portione irrorat, & iterū exiccati permittit: quod toties facit, quoties ad plenum imbibita sit decoctio, & exiccata , & deniq; in vase vitro seruat. Vides hunc esse modū quēdam ablutionis, & tamē non projici aquam? R. A. s. Sed nunc te ostēdere incipiā, hūc modū nō posse intelligi à Mesne, quia inquit, s̄epius abluitur aqua pluiali: secundum ablutionem à te nuprelatā, opus esset pluviā aquā imbibī in aloē. at hēc aqua frigida est, & humida, quæ qualitates & ab intentione pilularū alefan-

ginarū diuersæ sunt, & affectibus oppugnat, quibus hæ pilulae succurrere debet. Quare ille Albucasis ablueri modus à Mesue intellegi nō potest, præsertim quia cū decoctione suorū simpliciū hanc imbibitionē non facit Mesue. s e n. Antiqui docueruntne lauandi modum, quo aloen lauare possimus? Affer tu aut tuū, aut antiquū modū. b r. Antiquos lota aloe usos esse maximè constat: nā Galenus in septimo de Arte curādi libro, & in his que scribit de Cōpositione medicamentorū secundum locos, hieram fieri docet, & ex aloe lota, & ex nō elota: & saepius dicit sumendā esse aloen elotā. Quo autē lauādi modo vteretur, nō satis constat, tamen aqua lauasse arbitramur. & hinc argumentum accipimus, quod Dioscorides lib. tertio, ubi de aloe agit, dicit medicaminibus oculorū valere tosta, vel lota. additq; : lauatur autē, ut quod arenosissimum sit, subsidat, abiiciaturq; : pinguissimum verò & lene tollatur. Vides igitur ad quem finē lotio tédat secundū Diosc. ut scilicet si qd terreū mistum sit, id omne abeat. vnde aloen lauandā esse iudicamus, vt crassæ partes atq; terreæ abeat, hocq; aqua fontana fiat, & prima vice totū terreū subsistat. s e. Nōnne & tu aquā illā euiciendā iudicas, in qua ablutio facta sit? b r. A. Euiciendā esse. s e. Num & quod tenue est euicis? b r. A. Euiciam quod tenuissimum

mum est, quia lotionem vnam solūm faciam,  
 neq; aloen in puluerem redigam vt lauem,  
 sed optimam aloen accipiā, quæ (vt inquit  
 Dioscorides & Galenus) facile diluitur &  
 liquescit. per vnā verò & solam ablutionē, par-  
 tes solūm quædam leues & extrinsecæ abii-  
 ciuntur: verùm ex hac ablutione id solum ac-  
 quirit, quod minus educit, & adhuc minus  
 per ablutiones duas, & per tres minus, plu-  
 res, vel parū, vel nihil educet. hoc Galenus in-  
 nuit in septimo de Arte curâdilibro, vbi in-  
 quirit, hierā fieri posse ex aloë lota, & non e-  
 lota. additque: hæc itaq; non elota valentius  
 vacuat, elota vacuat quidē minus, sed robo-  
 rat ventrē magis. Id igitur facit lotio, q; aloë  
 minus evacuat, sed magis roboret, Paulo &  
 Aëtio idēsentientibus. Galenus etiam in ter-  
 tio de Simplicium medicamentorum facul-  
 tatibus lib. cap. x i i i l. cum docet in brassica  
 esse duas cōtrarias facultates, & illas met pos-  
 se esse in pluribus: de Aloë hīc agens dicit, ab  
 aliquo posse remoueri partes, quæ purgant.  
 vnde inquit: nā si aloë accurate lauetur, aut  
 debiliter, aut planè nihil ventrem subducet,  
 Verba Galeni sunt, ἵπτιον τὸν ἀλόην πλυθεῖ-  
 σα παντάπασιν αὐτῷ γίγνεται δέ οἷς ὑπάρχει γα-  
 γήσα. Lotio igitur partes illas in aloë aufert  
 quæ subducunt, & quātò lotiones magis mul-  
 tiplicātur, tantò minus subducens efficitur,  
 ut apud

ut apud Galenum exquisitissima lotio subdatione penitus auferat. s.e.n. Quænam est huius rei causa? b.r. Quoniam in omni ablutione tenuiores partes auferuntur, & eiiciuntur. vnde quantum plures fient ablutiones, tanto plures tenues partes abeunt, quæ sunt basis & fundamentum ciectionis. s.e. Tamen ventriculū vehementius roborabit? b.r. Evidet. & ideo cum intentio harum pilularum alefanginarum sit, & pituitam educere, ac humores crassos à ventriculo, cerebro, & instrumentis sensuū, & roborare ventriculum: ex multis aloes lotionibus nihil educent, & Mesuq intentum non habebitur, quod est educere pituitosas materias & crassas. s.e. Quid igitur à pharmacopolis agendum est? b.r. Quantum in me sit, Galenū imitarer in septimo Methodi medendi libro, vbi docet parandam esse hierā ex aloēlota, & nō elota: népe si lota sit hiera, magis roborat, minus educit: si nō elota, minus roborat, magis educit: & vt in quarto desimplic. medicamentorum facultatibus lib. cap. xiiij. edocuit, si egregiè lauetur, aut parū, aut nihil educet: propterea suaderem, vt cōpositiones duas seruares, vna ex aloē non elota, qua vteremur quoties materierū crassarum euacuatione indigeremus: nam aloē à Græcis inter medicamenta illa cōputatur, quæ à fæcū eductione innoratim, id est, sterco-

ris eductiuā nuncupātur. quādo autē sola vē  
triculi & capitis roboratione indigemus, has  
pilulas paratas voluerim ex aloē egregiē elo-  
ta. *S E N.* Si vtroq; indigemus, & roborare, &  
educere, quid tūc agendū est? *B R.* Aloēn ha-  
bebimus medio quodā modo lotā, id est, quæ  
nec egregiē sit elota, neq; penitus illota. *S E.*  
Quomodo hoc fieri? *B R A.* Si semel tātū ab-  
luatur, hoc habebis: nō enim erit egregiē lo-  
ta, neq; illota: etenim vna sola lotio talis non  
est vt eductiuā vim ab aloē auferre possit, &  
magis roborare potest quām si esset nō elo-  
ta. *S E N.* De Mesue miror, qui toties lauari cē-  
suerit. *B R.* Fortē nō est intelligendus Mesue,  
quōd hæ pilule crassas materias educat, quo-  
niā & si dicat mūdificare stomachū à pituita,  
hoc fortassis intelligit mūdificando, & non  
euacuādo: & ita egregiē lotā esse oportebit.  
Dicamus igitur cū harū pilularū vius sit, ma-  
terias crassas resoluere, & roborare propter  
ea aloē pluribus lotionib. lauari debet, vt ma-  
gis roboret. de euacuatiōe autē nihil refert,  
quia hoc nō quæritur. At si cōtingat, vel se-  
mel, vel bis, eum, qui accepit, euacuari, tantō  
melius erit: nam ablutio partes illas remouet  
quæ vim habēt educēdi: sunt verò hæ tenuio-  
res, quæ semper cū abluitur, eiiciuntur. *S E N.*  
Quot igitur vicibus lauari debet? *B R A.* Ter-  
tia lotio egregiē aloē lauat, quæ nō in pulue-

rem

rem teratur, sed aquę misceatur: quippe si bo  
 na sit aloë, diluitur facile, & eliquatur. s E N.  
 Non dabuntur igitur vt euacuemus? b R. Nō  
 cōquidem, sed vt resoluamus, ac roboremus.  
 Nunc huius compositionis reliquū examine  
 mus. inquit aloen sumendā, quę prius sit exic  
 cata, deinde supraponēdas esse duas libras il  
 lius decoctionis, & in sole ponēdas miscētes  
 quousq; sit exiccata: & hęc cōmīstio à recētio  
 nibus nūncupatur, ablutio aloes per viam nu  
 tritionis: quia decoctio illa imbibitur aloë, &  
 ea ferè nutritiri videtur. Huius nutritionis for  
 tē meminit Galenus V I I I . de Cōpositione  
 medicamentorū secundū locos, in simplicihei  
 ra, cum dicit aloen ali: ea autē exiccata myr  
 tham commiscet, mastichē, & crocū: additq;  
 Mesue reliquum decoctionis supraponi de  
 bere aloë, & agitari, quoad exicetur, postea  
 vtaris. Sed peto quot dies exigantur ad exic  
 cationē duarū librarū huius decoctionis? s E.  
 Pro ratione téporis, sub æstuante Cane, qua  
 tuor aut qnque dies satis sunt. b R. De religi  
 duabus libris decoctionis quid interim facis?  
 s E N. Omnes pulueres vna vice non coquo,  
 sed dimidiū solum, postea reliquū iterum co  
 quo, & ad duas libras resoluo. aliter & corrū  
 peretur decoctio illa, quæ remanet in tali  
 dierum spatio, & ad aliquam portionem sal  
 tē resolueretur. b R. Istud nec probo, nec mihi  
 plac

placet: malo etenim ut vna vice fiat tota decoctio, quoniā diuersum compositū est, si totam pulueris summā in duodecim aquæ libras ebullieris quoisque adeò exicetur, ut quatuor solūm superfint, ab eo si dimidium pulueris acceperis, & vsq; ad duas partes e. bullias. s E. Mihi videtur esse eadē cōpositio. in vtraq; enim duæ tertiæ partes resoluūtur. B R. Quātum ad cōpositionis proportionē omnino est proportio: sed nō quantū ad resolutionis tēpus, quia pluri tempore indigemus ad resolutionem octo librarū, quām ad resolutionē quatuor. In hac autem mora puluerū vires decoctionē magis ingrediuntur, præsertim qd crasso modo puluerizati sunt. Adde, qd magis imprimis tota puluerū coaceruatio in totū, præserim tāto tēpore ebulliendo, qd pars in partē. s E. Quomodo igitur agēdū, ne corrūpatur aut resoluatur, antequā prima decoctionis pars aloes mīsta euaneat? B R. Audias. illæ dux decoctionis libræ, quæ aloæ prima die miscētur, si dies sit canicularis & feruentissima, eadēmet die exiccabuntur. s E. Quomodo hoc fieri poterit? B R. Arte. s E. Hāc artē libēter addiscerē. B R. Edocebo, si qd persolues. s E. Persoluā. B R. En spōte edoceo: Si octo aquæ libras acceperis, & in arctū vas posueris, deinde alias octo libras in latius vas eiicias, & alias octo in adhuc latius, &

alias ostio in latissimum , & haec omnia vase  
feruentissimo Soli exposueris, deprehedes la-  
tissimi vase aqua citius resolui, deinde latio-  
ris, deinde minus lati, denique arcti : nam quā-  
tò aqua est altior, tātò tardius resoluitur. Ex  
his inferimus, secundū vase capacitatem aloen  
& decoctionem recipientis tardius & citius  
exiccari. Latiore igitur vase accepto vitro,  
in quo haec ponas, & per ipsum decoctio ad  
semidigitū crassitudinem extendatur, aut e-  
tiam minorem, eadem die resoluetur. Itaque  
poteris secunda die reliquum decoctionis co-  
miscere, & eadem secunda die, vel saltem ter-  
tia exiccatum. S E N. Breui equidem dissolu-  
etur hoc modo, sed æquè bene commisceri nō  
poterit in latiori patera, sicuti in arcta. B R A.  
Quid impedit? imò facilius commiscebitur,  
& per omnes partes tractari poterit, volui  
atque reuolui. s e. Eo modo multæ partes re-  
soluentur. B R. Aequè resoluentur si per mul-  
tos dies exiccentur. S E N. Mibi æquè non vi-  
detur. nam multæ partes ab aloe referuantur.  
B R. Imò, vt ingenuè fatear, hoc mihi summè  
displacet, quod Soli exponantur, & miscean-  
tur quoad exiccentur: nempe inultæ partes  
vi Solis à decoctione trahuntur, & per aërem  
evanescunt. S E N. Quod resoluitur, parui vel  
nullius momenti est, sed tota vis in aloen im-  
bibitur. B R A S A. Nos putamus esse aliquid  
mag

magni momenti. Etenim tenuiores partes  
aëreæ, igneæ, & aqueæ illæ sunt quæ euane-  
scant: terrez solæ supersunt, crassæ, & confar-  
ctæ, in quibus nec odor, nec verus sapor inue-  
niri poterunt. s. B. Imò relinquitur odor. B. R.  
Non est verus decoctionis odor: is enim va-  
porosæ substanciæ & tenui innititur, quæ à  
radiis solaribus ad se trahit, & consumitur  
ac exiccatur: quippe disputatio est in natura  
li philosophia, an accidentia de subiecto in *Accidentia*  
subiectum transire possint: & qui transire cē. an transfeāt  
sent, argumentū habent de odore, qui acci- de subiecto  
densest, tamē ex pomo in manū transit. Viri *in subiectū*  
autē philosophi, qui cum Aristotele putāt nō  
transire, dicūt, & si odor ex pomo in manū  
transire videatur, tamē de subiecto in subie-  
ctū nō transit. & si id experimento cōproba-  
bis, quia accepto pomo, & per aliquod tēpus  
per manū cōvoluto, odor in manū sentitur.  
Ad hoc experimentū duæ sunt diuersæ sente-  
tiæ, quæ respōdēt. vna dicit in manu nouū o-  
dorē generari, sicut i ex igne nouus calor in  
linteo sit. Hęc autē sententia à magnis Plilo-  
sophis non probatur, sed potius id probant,  
quod ab alia sententia & vera philosophorū  
opinione dicitur, odorē scilicet nō esse in to-  
ta pomi substācia tanquam in subiecto, sed  
esse in tenuioribus partibus vaporosis, quæ  
partes corpora sunt. cūm verò pomū tracta-

mus, ex manus caliditate, meatus insensibiles pomiaperiuntur, & vapores illi exeunt, qui sunt corpora, & quibus odor tanquam subiecto inhæret, illiq; vapores manui inhærentes, pomi odorē in manu seruant. Quòd autem hoc sit, ex eo vider e licet, quia si hyeme pomum odoraueris, in principio nihil te dolet, nā eius insensibiles meatus clausi sunt: cū verò ita manu tractatur, vt caleat, vel alio etiā modo caleat, adeò vt euaporatio, in qua odor inest, exire possit, tunc odor præsentis incipit. At si pomum diu tractaueris, deniq; inodorū efficietur, quia vniuersa euaporatio, cui odor innititur, exibit. Et hoc in omni odorata re contingit: propterea odoramenta clausa seruari debent, ne euaporēt: alioqui simul exit odor. Experiētiaq; videmus liquida odoramenta, & quæ nihil habēt glutinosi, si in detecto vase seruentur, odorē amittere, quia exhalationes, qbus odor innititur, abeūt: vt in aqua rosacea, & similibus videre nihil impedit. Illa verò, quæ glutinosa sunt odratamenta, odorē qdē remittūt, sed penitus nō amittūt, tamē tam diu tractari possent, & de tacta seruari & exiccati, quod odorē amitterent: quod in zibetto ac moicho, quæ maximè redolent, experiētia ostendit. ab Aristotele legitur nō ab re dictū est, odorē esse famosam exhalationē, id est, sumosse inniti exhalationi.

tioni. quod & ante Aristotelē sensit Plato: nā  
in calce secundi Alcibiadis, odorē in vaporō  
fa re fundari innuit: vbi Socrates de Homero  
loquens ita dicit, Troianos cūm suburbanū  
ædificium molitentur, facere diis immorta-  
libus pretiosa sacrificia, bonum nidorem ve-  
rō ex litore suauē ad ccelum vsq; vētis extol-  
li. quod indiciū est odorē esse in vaporibus,  
& fumo. Hoc autem Plato ex Homero fortē  
accepit, primō Iliados, versu CCC XII I. cum  
de sacrificio agens in hunc modum cecinit:

*Kvias n̄ δ' ἐγανὸν ἵκεν οὐλοσομίνη πορὶ πα-  
πνῷ.* id est,

In cœlum nidor fumo reuolutus abibat.  
Idem sentit & Avicēna in li. de Origine spi-  
ritus, cap. ix, primit tract. vbi docet quid sit  
subiectū aromatizitatis, vt eius verbis utar:  
verū ne hac in re nimis immoremur, & no-  
stro fine frustremur, diciimus fumos à deco-  
ctione illa eleuari, quibus funis odor inniti-  
tur, & vigor simpliciū decoctionē igredien-  
tiū, solūq; terrefré partē remanere. s e. Tibi  
igitur placere nō videtur, vt hāc decoctionē  
exiccati sinamus? B R A. Nēpe sol mirē trahit  
partes à cetro vsq;, imo & si in umbra exicce-  
tur, & nimis immorātur, & fumos eleuari o-  
pus est. vnde potius voluerim vt pulueres illi  
immiscerentur aloē, q; vt illa decoctio fieret.  
S E N. Putas igitur nibil virium in aloē ex tali

decoctione remanere? B R. Absit ut nihil dicam: parum tamen remanet. S E N. De odore ipso non mediocriter ambigo, an in solis vaporibus sit. B R A. Non est opus hanc philosophicam materiam nos hic differere: sed ipsam videre si cupias, nostra libri Prædicamento-rum commentaria perlegas, vbi adeo exagge- ratè illa tractamus, ut nihil desit. S E N. His pilulis ultimam manum imponamus. B R A. Hęc sit ultima manus: pulueres actu potius ingredi debent, quam decoctio illa, quae postea vi Solis exicetur. S E N. Tamen recentes medici, qui pharmacopolium nostrum frequentant, ita parari volunt. B R. Pro ipsis para: mihi sa-tis est habere simplicem Galeni hierā ex aloē elota, & non elota: verū apud alios autho-res compositiones aliæ non desunt ab his di-uersis, quae alefanginæ pilulæ vocantur. Nem-pe Hali in x. libro suæ vocatæ practicæ, & in viii. vbi de inordinato appetitu agit, simili-ferè descriptionem alefanginaruni refert. Et Serapio in Antidotario suo tres descrip-tiones ponit, quarū prima aliquam affinitatem cum hac habet. S E N. Illæ solùm in usu sunt, quas Mesue descripsit. Vnum autē scire per-cupio, cùm dicit, rosarum, absinthii añ. 3. v. alii contextus habent añ. 3. v. quid intelligere oportet, 3. v. an 3. v? B R A. s. Miror aliquem esse, qui in hac re dubitet, & qui statim suum codic

codicem non emendauerit, si dicas vncias, in drachnis. Verum de his Alefanganis satis dictum est, quarum loco vtor ego simplici hiera Galeni: propterea non ab re esset, si secundo loco de pilulis hierae simplicis ageremus, cum quibus magnam affinitatem habet praedictæ, & in eadē intentione eis utimur. *s e n.*

**P**ilulae de simplici hiera Galeni in nostra *Pilulae de*  
scheda secundo loco scriptæ non erant, *simplici hie*  
sed posteaquam tibi animo est, vt illas excu*ra Galeni.*  
tiamus, vt lubet, fiat. *B R.* Quomodo illas pa*ras?* *s e n.* Galeni modo paro: nam in primis  
hieram picram constituo, vt Mesue docet di*stinctione tertia de medicinis solutiis. B R.*  
Illam explica. *s e n.* Ita fit à Galeno (vt refert  
Mesue.)

*Species hierae  
ra Galeni.*

Recipe Cinamomi

Masticis

Affari

Spicae

Carpobalsami

Croci

Xyloaloës

Cafiae

Aloës ad duplum ponderis.

Hæ sunt species hieræ Galeni, ex quibus pilulae de hiera simplici cōficiuntur apud Mesue. *B R A.* Quo liquore miscetishos pulueres, vt in pilulas cōformentur? *s e n.* Melle rosaceo.

d 4



B R A. Vidistine alios, qui hanc compositionem alio modo componerent? s e n. Imò sunt Ferrariæ, qui ex sex rebus solū cōficiant. B R. Simplicium pōdus referre ne pigeat. s e. En. Recipe Cinamomi

Afflari  
Xylobalsami  
Spicæ nardi  
Croci  
Mastiche }

Aloës ad duplum ponderis.

B R A. Quomodo accipishoc duplum pondēris, an totius compositionis, an solūm vnius simplicis medicamenti? s e. Vnius simplicis, vt si cinamomū sit vncia vna, aloë sint vnciae duæ. B R. Exquisitius fuissest ad duplum pondēris omnium: quia compositione magis propinqua fuissest compositione Galeni. s e n. Non est igitur Galeni descriptio? b r a s. Non est quo ad pondus, nec illa, quam facis, est Galeni simplex hiera, nec alia, quam nonnulli parant, & Nicolaus Galeno illam attribuit, & simpliciter vocat picram, id est, amaram Galeni: quam dicit ad omnem capitum frigiditatem valere, & stomachi coctionem procurare, vomitum stringere, uter i frigiditatē subuenire, conceptionem adiuuare. quam dicit exhibendam esse in balneo vel eunti dormitū. Eius compositione hæc est,

Recip

Recipe Aloës optimæ	3.	xiiij.	<i>ff. Hierapie</i>
Cinamomi			<i>674</i>
Nardi			
Costi			
Croci			
Schœni			
Xylobalsami		añ. 3. j. gr. viij.	
Casiæ fistulæ			
Masticæ			
Affari			
Rosarum			
Amomi			
Absinthii			
Mel quod sufficiat.			

Hæc est hiera illa picra, qua in clysteriis nos  
utimur, & quam præbeo quoties simpliciter  
indicitur hiera picra à medicis, vel hiera pi-  
cra Galeni, tamen non est simplex. Scimus  
nonnullos pharmacopolas, qui alium pulue-  
rem parant, quo pilulas istas conficiunt: sed  
quia picra mihi composita videtur, & nō sim-  
plex, ideo de compositione illa nullam men-  
tionem feci. B R A. Ab re non est omnia refer-  
re, ut errores detegantur, & in veritatem ad-  
ducantur. S E N. Hæc est quæ sequitur,

Recipe Cinamomi

Croci

Spicæ

Schœni

Affari			
Casiæ ligneæ			
Xyloaloes			
Carpobalsami			
Violarum			
Absinthii			
Epithymi			
Stoechados			
Agarici			
Rosarum			
Turbith			
Colocynthidis			
Masticis			
Scammonii correcti		3.	iij.
Aloës hepatici ad pondus oninum.			

Omnia tenuissimè in puluerem redigit, & in pilulas conformat ex melle rosato, vel realia secundum intentionem ægritudinis. B R. Et assérunt hanc esse hieram Galeni s e. Asserunt. B R. Res profectò mira, & quæ apud Galenum nusquam reperitur, & Galenus de turbith mentionem nunquam fecit, multiq; hac vñntur pro illa hiera, qua in clysmatibus utrius. nam & ipsa à Nicolao describitur, & tam differentiam facit, quia primam vocat Galeni picram, secundam hieram picrā Galeni. Andias & alterum quorūdam errorem qui veram quidem Galeni appellatā hieram ex sex rebus faciunt, & centū drachmis aloes, sed

sed singulorum simplicium vnam solam dra-  
chmam ponunt. s e n. A te certò scire volue-  
rim quomodo cōfici debeat hæc simplex Ga-  
leni hiera. b r. A. Hoc non te cælabo. Scito Ga-  
lenum exhibuisse hieram in puluerem reda-  
ctā, quam ex decocto aliquo bibebant, vel iu-  
re, vel in eclegmatis formam deducebat, vel  
catapotiorum & globorum. Sed priusquam  
de simplici Galeni hiera loquamur, prius in-  
spectare oportet, an à Galeno inuenta sit, &  
composita hæc hiera. s e n. Cur in hoc dubi-  
tas, cùm & Serapio & Auicenna in hac hiera  
Galenum adducat, veluti huius compositio-  
nis authorem & inuentorem? b r. Adducūt  
quidem, quoniam apud Galenum scriptam  
inuenere: sed an Galeno authore extiterit,  
ignorabat: imò hierā aliam scribunt, quām  
illa sit, quæ apud Galenum inuenitur. s e n.  
Quomodo fieri potest tales tantosque viros  
deceptos esse? b r. An ipsi decepti sint vel eorum  
interpretes, & librarii, nostrum non est iudi-  
cium ferre: id tamen aperta fronte profiteri  
audemus, infinitas esse compositiones ab an-  
tiquis confectas, quas in Auicenna, Serapio-  
ne, Mesue, & Halibate, multas, imperfectas,  
& perperam adductas legimus. En Mesue  
octo simplicia ponit in hac cōpositione præ-  
ter aloen. Idem Auicen. facit, & ponunt du-  
plum ponderis aloes. Serapio tres hieræ de-

scrip

scriptiones refert, quarum prima vera est Galeni simplex hiera: quanuis simplicium pondus per haur faciat, quod Galenus drachmā dicit. sed hoc ad rem nihil facit. Fortè haur apud ipsos drachmam significat, quanuis ab omnibus ferē receptum sit significare drachmani vnam & semis. Verū ad rem nostram redeuntes dicamus hanc simplicē hieram non fuisse à Galeno inuentam, sed potius ab Andromacho. s e. Quid inquis? Receptum est apud omnes hanc hierā esse Galeni inuentū. Mesue id sentit, id sentit Auicēna, & omnes siuī recentes. b r a. Sentiant hi autores quicquid velint, scito hanc hierā esse Andromachi hieram. Nam antiquorū mos fuit, compositiones quasdā à se ipsis inuentas habere, quas ipsi suas sacras compositiones nuncupabant, quoniam eas magnificabant, & ægris tanquam res sacras exhibebāt. vnd Rūsi hiera reperitur satis probata, hiera Antiochi, hiera Iusti, hiera Archigenis. s e n. Galenus ergo nullam hieram paravit, quam ipse suomet ingenio constituisset? b r. Hæc vocata simplex Galeni non est, vt ibi oculata fide ostendam: sed Paulus Aegineta lib. vii. cap. viii. cùm hieras refert, hierām quādam adducit, quam Galeni hieram vocat. s e n e x. Quæ nam est illa? b r a s a v o l y s. Hæc quæ sequitur:

Recip

Recipe Trixaginis	} Vniuersiusq; 3. xvij.
Piperis longi	
Piperis albi	
Stoechadis	
Veratri nigri	
Scammonii	
Spicæ nardi	
Scyllæ afflatæ	
Epithymi (secundū aliquos	} Vniuersiusq; 3. viij.
Myrræ	
Croci	
Guttæ ammoniaci	
thymiamatis	
Euphorbii	

Quæ cuncta melle excipiūtur. s e. Hec nō est Galeni hiera simplex, neq; eiusdē cōposita hie ra, quā Nicolaus refert, & tu superius adduxisti. B R. Hanc etiā cōpositionē apud Galenū inuenire non potui. Aetius præterea lib. 111. cap. c x v i i . hieram quandā describit, quam Galeno attribuit: cuius compositio ab illa Pauli euariat. Nam inquit,

Recipe Pulpæ colocynthidis      3.      viij.

Scyllæ afflatæ	} Singulorū 3. xvij.
Ammoniaci thy- miamatis	
Scammonii.	
Corticis ellebori nigri	
	Stoech

Stœchadis	Singulorum 3. viij. In alio codice habetur 3. ij.
Hyperici	
Epithymi	
Succi polypodii	
Bdellii	
Aloes	
Chamædryos. in alio codice habe tur Eupatorii	
Marrubii	
Casiæ	
Myrrhæ Troglody ticæ	
Sagapeni	Singulorum 3. iiiij.
Croci	
Aristolochiæ	
Piperis albi	
Piperis nigri	
Piperis longi	
Cinamomi	
Opopanaxis	
Castorei	
Petroselinii	

Mellis quod sufficit.

Integra exhibitio 3. iiiij. media tres, minima  
duæ cum melicrato, & minutissimi salis co  
chlearii semis. Hæc est Galeni hiera secundū  
Aetium. Tu autem videre potes quanta sit  
differentia inter illā Pauli & istam. s e n. Dif  
feren

ferentia est in simplicibus, & in copia. hæc autem à te nuper dicta hiera reperiturne apud Galenum? B R. A. Eam diu quæsiui, & tamen integrè inuenire non potui. S E N. Vnum est, à quo moueor hieram simplicem esse Galeni hieram, quia Paulus lib. vii. cap. i. illā compositionē referēs dicit, Picra Galeni accipit,

Aloes

3.

C.

Ligni balsami

Masticis

Croci

Spicæ nardi

Assari

. Cinamomi

{ }

Singulorum 3. vij.

Sunt, qui in iuncī rotundi odorati floris, & casiae vniuscuiusq; 3. vii. admisceant. exhibe 3. i. in hydromelite. hæc Paulus. Ex quibus apparet, hanc cōpositionem Galeni esse exi- stimasse. B R. A. Galenus illam nō describit ac si sua sit, nec à Paulo refertur ac si Galeni sit, sed quia ab ipso Galeno refertur. verū , ut animus tuus quietior euadat, nunc ostenda- mus hanc hieram non esse Galeni. Inuenio ipsam apud Galenum in quinque locis positi- tam. in tribus locis in lib. de Compositione medicamentorum *narratōnēs*, & in septi- mo Methodi medendi lib. & in sexto De sanita- tate tuenda. Compositio, quam omnes pas- sim sequuntur & adducunt, ex septimo Me-

thodi

thodi medēdi accipitur, & hic locus in mediū semper affertur, cūm de hac hīera mentio sit.  
Inquit verò præcitato loco Galenus: Expedit ergo paratam habere, quam omnes medici picram, id est, amaram, vocant: atque hanc dupliciter confectam, vtique ex aloë elota, & non elota. admiscetur autem huic,

Cinamomi	} Vnūscuiusq; 3. v.
Xylobalsami	
Affari	
Spicæ nardi	
Croci	
Masticæ Chixæ	
Aloes	3.

Ex his colligere potes, si omnes medici vocant hoc medicamentū picram, non esse eius inuentum: nempe dixisset, quod nos picram vocamus. Prope finem præterea sexti libri de sanitate tuenda, inquit: In totū ergo, ad aloes drachmas centum, reliquorum cuiusq; coniiciuntur 3. sex, quæ ipsa quoque sex sunt: atque hæc est picra, quam Romæ omnes præparant. Ex quo apparet, si omnes Romæ habebant hanc picram, quod ab ipso non fuerat inuenta, præsertim quia non tantum immoratus erat Romæ, ut omnes illam parare potuissent: cūm multos habuerit cœmulos, qui Galeni compositionem non parassent. In secundo etiam lib. De componendis pharmaco-

cis secūdum locos, vbi de iis, qui ex stomachi  
vitio capite dolent, agit, inquit: Præstantissi-  
mum præsidium est medicamen ex aloë præ-  
paratum, quod nonnulli quidem vocant pi-  
eram, hoc est, amarā: nōnulli hieram ex aloē,  
ac iniiciunt quidem cētum aloēs drachmas,  
sex autem aliorum singulorum, quæ & ipsa  
sex sunt numero, Cinamomi, Spicæ nardi,  
Xylobalsami, Mastiches Chia, Assari, Cro-  
ci. Ex hoc loco, quia aliquos uno modo vo-  
care dixit, alios alio modo, suam compositio-  
nem nō esse deprehendi potest. In octavo au-  
tem lib. De componendis pharmacis secun-  
dū locos, vbi scribit quas Andromachus tra-  
diderit facultates stomachicas, inquit, Cūm  
Andromachus inscripsisset stomachicæ, de-  
inde sic incœpit: Ad stomachicos hiera qua-  
tuor. deinde totam eius compositionem or-  
dine tradidit, quæ in hunc modum habet:  
Recipe iūci odorati floris

Xylobalsami

Mastiches

Croci

Nardi Indicæ

Assari

Cinamomi

Aloës elotæ

Singulorū 3. vj.

3. c.

Si mul leuigata reponito. Si ergo Androma-  
chus hac hiera vtebatur, quante Galenum

scripsit. nam de eo in pluribus locis Galenus mentionem facit, qui & libros Therapeutice scripsit, propterea hæc hiera Andromacho potius attribuenda esset, quam Galeno. s.e.  
Non tamē dicit fuisse inuentū Andromachi. b.r. Nō equidē, quia re vera est inuentū Themisonis, qui ante Andromachum extitit: fuit autē Asclepiadis auditor, ut de eo pluribus locis mentionē fecit Plini. de quo Iuuenalis:

*Quot Themison ægros autumno occiderit vno.*

s.e. Quomodo hoc scis? b.r. Quoniā Gale. in eodē octauo de Cōpositione medicamento-rum secundū locos, hanc cōpositionem po- nit, & præfixa inscriptio dicit, Antidotū hie- ra Themisonis ad stomachi subuersiones va-let, & æstuātibus, & ad omnē inflationē, tar- dam concoctionē, & vteri affectus: est etiā ad virinā probè efficax, summatim facultas admirabilis, hydropicis, iecorariis, & nephriti- cis, quin & mulieribus menses educit. Postea descriptionē ponit, quæ præcisē est simplex hiera appellata: ita enim post titulū sequitur:

Aloës	3.	c.
Masticæ	3.	j.
Croci	tantundem	
Nardi Indicæ		
Cinamomi	Singulorum	3.
Carpobalsami		j.

Affari

Assari J

Contundito, incernitoq; cribro tenuissimo,  
seruatoq; siccū, vt perspirare possit. Vides es-  
se hierā simplicē, & à Galeno hic nuncupari  
Antidotum hiera Themisonis<sup>s</sup> s. Igitur qui  
indicunt, dicere debet: Recipe hieræ Themiso-  
nis<sup>s</sup> s. R. Ita indicere deberet, quod etiam à  
Themisone inuenta fuerit, Aëtius testis esse  
potest lib. vij. cap. x. vbi curationē melancho-  
licorū ex Galeno ponit, inquiēs dandam esse  
hierā aloes, quia præ cæteris epithymum re-  
cipit, qunām conficies sicuti iubet Themisone:

Recipe Aloes

3. c. Hieræ The-

Mastiches

misōnis.

Croci

Spicæ nardi

Cinamomi, aut du-

plum Casiae

Assari

Carpobalsami

Epithymi

Singulorum 3. j.

}

3. ij.

Detur è mulsa ad cochlearis magni mēsurā.  
Hoc est satis efficax testimoniū, hanc hieram  
non esse Galeni, sed Themisonis, qui multo  
ante Galenū scripsit: quāvis Serap. in tract. de  
Antidotis eam Andromacho attribuat. id au-  
tē fecit, quia cōpositionē istā accepit ex viij.  
de Cōpositione medicamentorum secundū  
locos, vbi Galen. refert, quas Andromachus

tradiderit facultates stomachicas. in quo loco hierā ponit, qua vtebatur Andromachus, nō tamen hierā ab Andromacho inuentā. s.e. Quicquid sit, hæc nō est Galeni cōpositio, vel ab Andromacho, vel à Themisone inuenta sit, eā tamē antiquores in frequētissimo usu habuere. Sed tu impræsentiarū quomodo exammisim fieri debeat, edoceto. b.R. Id quām labenter agā. Themison ex septē rebus hieram composuit, vt Gale. in octauo lib. de Cōpositiōne medicamentorū secundū locos, refert. s.e. Quæ sunt hæc septē res, quæ secundū Themisonem ingrediuntur? b.R. A.S.A. Hæc sunt:

Aloes	3.	c.
Mastiche	3.	j.
Croci		tantundem
Nardi Indicæ		
Cinamomi	Singulorum	3. j.
Carpobalsami		
Assari		

s.e.n. Hanc compositionem superius etiā adduxisti. b.R. Adduxi: sed nunc vt ostenderé ex quibus pararet Themison, adducere denuo non sum grauatus. Tamē huius medicameti pondus in simplicibus dinersum est apud Asclepiadē, & Andromachū: nempe Asclepiades aliorū simplicium 3. miscet, hoc est, pōdo drachmas argēteas octo aut septē semissim. Andromachus autē 3. vi. conueniūt ambo in posit

positione drachmarū centum aloēs. Andromachus ponit aloen elotā , Asclepiades non elotā. Andromachus recipit xylobalsamum, Asclepiades carpopalsamuīn. Andromachus florē iunci odorati miscet, quod nō facit Asclepiades. Hic verò Galeni locus me dubitare facit, an Themison ille fuerit, qui Asclepiadē audierit, cūm Asclepiades adducat hāc hierā tanquam Themisonis Antidotū: quod an ita sit, nūc curæ non sit. idq; satis esto, Themisonis hieram nuncupari, quam (vt eodem octauo lib. Galen. refert) simpliciter hieram appellarūt, sed distinctionis gratia apposuerunt diaaloēs, vt diceretur hiera diaaloēs, ad alterius hieræ differentiā, que diacolocynthidos appellatur: hancq; simplici vocabulo pi- crā, id est, amarā, nuncupabāt. s.e. Cūm non nulli drachmas sex simpliciū, nonnulli octo ab aloē ponāt, quo snā imitari debeo? s.r. Licet Themison huius compositionis inuētor vnciā posuerit, & idē fecerit Asclepiades, tamē cūm facile sit inuētiis addere, & quod iā inuentū est, perficere, Andromachū & Gale posteriores imiteris, qui rem interius cōsidērātes, sex drachmas folūm simpliciū miscuerunt, vt in præcitate loco , & in ij. lib. eiusdē voluminis, & in septimo Methodi medendi, & in sexto De sanitate tuēda, videre est. s.e.n. Erūt igitur omniū simpliciū prēter aloēn sex

drachmæ. b R. Ab re fortènō erit, si omnium simplicium, quæ hāc cōpositionem ingrediuntur, finem consideremus. s e. Imò erit optimum. Propter quid cinamomū recipit? b R. a. Quoniā vt Gale. dicit lib. octauo de Cōpositione medicamentorū secundū locos, præter id quod tenuissimaruī sit partium, additur etiam vt ventris meatus simul adaperiat, absterget, extenuetque, si quid glutinosum crassumve humoribus inhærescat: etenim crassos hos humores ob expurgātis facultatis imbecillitatē aloe non solet attrahere. Quare & biliosarū in ventre dispositionum præstantissimū est remedium, vt vno die fré querter multos curauerit, qui stomachi vitio molestari crediti sunt. Iuuat & hoc, & omnes alios affectus ex prauis succis cōtractos cinamomum admistū, vt quod vim habeat, qua prauas qualitates in naturalem statū reducit. Hic est igitur finis, ob quem compositio hæc cinamomum recipit. s e. Cùm à te aliàs dictū sit nos vero cinamomo carere, quomodo fiet hæc integra cōpositio? b R. Galenus in sexto De sanitate tuenda lib. de hac compositione agens, inquit, in defectu cinamomi accipendum esse duplū casiæ optimæ, quam aliàs ea esse virtute nonnulli putat, vt nihil ab inuali do cinamomo absit: quod tamen non credit Galenus: quia à generoso cinamomo etiam talis

tal is casia longè superatur : sed,inquit, sicuti  
in boni panis inopia vel vilissimo vescimur:  
sic in cinamomi penuria exquisitissima vte-  
mur casia. s.e. Ergo quia cinamomo caremus  
in hac compositione duodecim drachmæ ca-  
siæ,id est, canellæ poni debet? b.r. Omnino, si  
Galenū & antiquos sequi voluerimus, quānis  
aloes vis ex hac copia in tali cōpositione pa-  
rum denigrabitur. veruntamen nunc verum  
cinamomū ad nos allatū est , vt tibi post hūc  
sermonē ostēdemus.s.e. Nō mediocri gaudio  
afficiar , si antequāmior iar cinamonū videre  
datū sit. Dic verò propter quid mastiche hāc  
compositionē ingreditur? b.r. Galenus octa-  
no libro de Compositione medicamentorum  
secundum locos, inquit mastichen hanc com-  
positionem ingredi, quia apta stomacho gra-  
tiq; odoris, & confringēdæ vi aloes medica-  
mentosæ efficax. Ut autē de omnibus aliis in  
summa tibi dicam, aliqua sunt abstensoria &  
tenuia, alia stomacho apta robore quidē lon-  
gè cinamomo inferiora, genus autē idē facul-  
tatis habentia. Gale.præterea inquit melius  
esse loco assari carpesiūponere.cūm verò no-  
bis carpesium desit , assarum ponere curabī-  
mus. hæcq; consideratio est in secundo libr.  
de Comp.medic.secundum locos, vbi etiā de  
croco differit , an sex drachmæ præcipi de-  
beant, vel pauciores: quia nōnullæ ex his quæ

ei adiiciūtur, caput feriunt. quod dicit Gale.  
frequenter sibi accidere ex solo croci odore.  
Ideo cōpositionē illam optimā iudicat, quæ  
recipit croci 3.v.aloēs 3.xc. & cùm sint aliqui  
qui facile capite replentur, pro his iiii. solū  
croci 3.iniicit, qua cōpositione in his etiam  
vtitur, qui suffusionū imaginationes, aut ac-  
cidentia ex stomachi affectu patiūt. Qui-  
bus autem venter prohibetur, vt mulieribus  
quænō probè purgātur, sex croci drachmas  
ponit, & quadraginta aloēs. S E N. Ergo aloē  
quandoq; nō debet esse centū drachmæ B R.  
Minimè, secundum Galenum in secundo de  
Compositione medicamentorū secundū lo-  
cos. In septimo autē Methodi medēdi, huius  
rei nihil meminit. At in sexto De sanitate tu-  
enda, dicit se fecisse duas picras, præter illam  
qua omnes vtūt, quæ habet centum drach-  
mas aloēs, & sex alias sex rerum. In una verò  
suarum picrarū ponit plus eorū, quæ calefa-  
ciunt, in altera minus: dicit autem immisce-  
ri plus calefacientium, si aloēs quantitas de-  
matur, vt si aloē sit drachmæ lxxx. alia sint  
drachmæ sex. Erunt autē illa quæ calefaciūt  
minus, si aloe multiplicetur, vt si drachmæ  
xx. addātur, sitq; aloe drachmæ c x x. reliqua  
drachmæ vi. s E N. Optarē ego compositionem  
vnam statam & firmam. B R. Fieri non potest  
quin duæ sint. S E N. Quare? B R A s. Quia pa-  
ratam

rata m habere oportet pīcrā ex aloē elota, & ex non elota: postea si medicus quicquā ad- dēre voluerit, id facere poterit, aut ex aloē, aut ex aliis rebus. s.e. Quas vires habet aloē elota, & non elota? b.r. Superius dictum est. & Galenus in sexto Methodi medendi, & in secundo & octauo de Compositione medi- camentorum secūdum locos, docet inquiēs, non elotam aloen minus roborare ventricu- lum, sed magis euacuare: ē cōtrario lotā ma- gis roborare ventriculū, & minus euacuare: quia in elotione tenuiores partes, & quæ ha- bēnt vim medicamentosam, abeunt, & ejū- ciuntur. s.e. Optarim ut cōpositionem illam afferres, quæ Galenimentem attingere ma- gis videtur. b.r. Quanuis in locis variis illam probet quæ recipit aloes 3.c. aliarum rerum sex: in secūdo tamen de Compositione me- dicamentorum secundum locos, & in octa- uo hanc, quæ sequitur, componēdam innue- re videtur, & seruandam.

Recipe Aloes	3.	xc.
Cinamomi	3.vj.	siue pro eo casiae, id est,
canellæ	3.	xij.
Xylobalsami		
Affari	{	
Spicæ nardi		ana 3. vj.
Masticæ		
Croci	3.	v.
	e	s

Omnia in puluerem redacta misceto & seruato. s.e.n. Quantā huius picræ quantitatem dare oportet? b r. A. Galenus in vij. Methodi medendi, inquit: Si velimus exhibere maximum eius modum, dabimus duorum magnorum cochleariū mensurā: si mediocrem modum, duorum paruorum cochleariū: si minimum modum, vnius parui cochleariū mensuram exhibebimus. In secundo autem libr. de Compositione medicamentorum secundum locos, inquit: datur autē medicamenti sumnum 3. i. minimum, dimidium: inter utrumque pondus alia exhibentur, dum quantitas proportionata corporis magnitudine, & consuetudine euariat. At in octauo eiusdem volu. libro, Andromachū adducit, qui inquit, quibusdā dari cochleariū vnu, quibusdā duo. Galenus verò exponere volés quid intelligendū sit per cochleariū, exponit drachmā argenteā, quam Romani, inquit, denariū appellāt. hæc verò nos vbertim discussimus in eo libello, quem De pōderibus medicis fecimus. Aëtius libro vj. cap. x. exhibet ad cochlearis magni mensuram: sed ipse cōpositionē facit ex octo 3. aliarum rerū, & centū aloes. Paulus lib. vij. cap. xj. 3. j. dari iubet. nos verò impræsentiarum huius picræ usque ad duas drachmas damus magno profectu. s.e. Quomodo antiqui hos pulueres miscebāt, vt ægris facilius corrigerent

rentur: B.R. Galenus, & alii antiqui mixtos serubant, & vario modo porrigeabant. Paulus præcitatō loco ex hydromelite propinādos iubet. Andromachus ex aquæ frigidæ cyathis quatuor, aut calidæ, Asclepiades ex aqua frigida, aut ex vino. s E N. Debebant vinum & aquani abhorrere per aliquot dies. B R. Galenus tamē in octauo de Cōpositione medica mentorum secundum locos, inquit, satius es- se si ex mulso aliquis medicamentū hoc exhibeat. Verūm ipse iubet dari cū aquæ cyathis non plus tribus. Idem in ij. lib. censet, & in se- ptimo Methodi medendi, vbi etiā inquit, ali quos excipere hoc medicamentū despuma to melle. s E. Et nos hoc modo puluerem ex melle rosaceo accipimus, & in pilulas confor manus. Compositionē igitur parabimus, vt superius edocuisti, ex nonaginta drachmis aloes. B R. Equidē & cū aloe elota, & nō elota, & ex melle, vel etiā rosaceo in globū dispo nito, & in tali loco seruato, vt perspirare pos sit: nam probus medicus ea addere sciet, quæ ad ægrotantis intentionem conuenient. Ga lenus etenim plerunque vititur picra ex acuta, potissimum in libris de Compositio ne medicamentorum secundum locos: intel ligit verò hanc picram, cui aliud acutum me dicamentum additum sit, vt colocynthis, aut helleborum. s E. Ad quos affectus valet hæc compo-

compositio: BR. Ad complures, sed hinc inde positi sunt in variis locis, potissimum vero vni affectui succurrit, cum ventriculi parietes materia pituitosa pleni sunt, & vetriculis imbecillioribus succurrit in his, qui literis incumbunt, & valde studiosi sunt, praesertim ex aloë elota, & his quibus mens aliquo studio occupatur. Nunc illa singulatim enarramus quæ ab authoribus dicuntur. Primò igitur (ut Galenus in septimo Methodi medeci testatur) valet ad vitiosos succos, qui in tunicis ventriculi habentur. Idem dicit in sexto De sanitate tuenda, & in secundo & octauo Decompositione medicamentorum secundū locos. Ex secundo eiusdem voluminis lib. valet ad suffusionum imaginationes, & ad accidentia ex stomachi affectu. Ibidem ad hos valet, quibus venter prohibetur. Ibidem mulieribus conuenit, quæ non probè purgātur. Ex octauo de Compositione medicamentorum secundum locos, vbi de stomachicis Andromachi agit, inquit, his dari non debet qui calida & sicca intēperie afficiuntur, nec qui sicca cum frigiditate: nec absolutè his, qui ex solis qualitatibus particulā aliquam habent vitiatā. Iuuat omnes prauas dispositiones, ex prauis humoribus ortas. Valet ad articulos relaxatos. Ex eodē lib. vbi incipit Antidotū hiera Themisonis, valet ad stomachi subversionem.

fiones. Cōuenit æstuantibus. Valet ad omnē inflationem. Ad tardam cōcoctionem. Cōuenit vteri affectibus. Ad vrinam probē efficax est. Hydropicis, iecorariis, nephriticis succurrit, menses educit. Succurrat his, qui bilē vomunt. Inflammationibus interioribus ex hydromelite conuenit. Ad difficiles sanorū cōtiones valet. Valet his, qui habent bilem in tunicis ventriculi. Robur particulis adhibet, per quas iter moliūtur. Anget calorē locorū per quos transit. s e. Est ergo mirabile medicamentum. b r. Mirabile, inquam, sed de illo plus satis locuti sumus. s e. Igitur ad aliud transeamus. b r. Ut lubet.

S E N E X.

**P**illulae de hiera cū agarico has sequūtur. *Pilulae de Hierā Gale cum Agarico.* Quomodo has paras? s e. Hierā Gale cum ni picram à Nicolao descriptā ex sexdecim rebus paro. b r. a. Simplicia enumera, & cōponendi modū, s e. Superius iterū enumeraui, & integrā hanc hierā proposui, cūm de simplici Galeni hiera loqueremur. b r. a. Ne pigeat secundò & illā referre, ut rem ipsam facilius considerare possumus. s e n. Hęc est, ut tibi morem geram, compositio,

Recipe Cinamomi

Spicæ

Croci

Schoenii

Affari

ana	3.	ij.	Xylo

Xylocasie	ana	E.	ij.
Xylobalsami			
Carpobalsami			
Violarom			
Absinthii			
Epithymi			
Agarici			
Rosarum			
Turbith			
Colocynthidis			
Masticis			
Aloes ad pondus omnium.			
Mellis quod sufficit.			

BR. Memoriaz subit, te superius cōpositionē istam adduxisse, vbi de simplici hiera loquemur: illa est, qua multi in clysmatibus vtūtur: & quoties indicitur hiera picra, hanc tribuunt pharmacopolæ ex melle confectā. Faciunt & ex melle rosato pilulas, quas de hiera picra maiores nuncupant. SE. Nos istas vocamus de hiera cum agarico. BR. Cur istud? SS. Quoniam agaricum recipiunt. BR. Cur non vocantur de turbith, vel de colocynthide, cùm vtrunq; in eodem & æquali ponde re recipiatur, & hæc vehementius soluant, quam faciat agaricus? SE. N. Hoc ignoramus. BR. Igitur non magis appellari debet de hiera cū agarico, quam de hiera cū turbith, vel colocynthide, nec sumi debet pro pilulis de hiera

hiera cum agarico. nam ita illæ nuncupantur: quia veræ de hiera pilulæ & agaricus totam compositionem ingrediuntur. Sed in hac compositione, quam tu paras, & agaricus & alia simplicia ingrediuntur: propterea miror, cur vos has pilulas de agarico nuncupaueritis, & eas pro illis de hiera cū agarico exhibueritis. S E N E X. Ita didici à senioribus huius artis viris. B R A S A V. Aetate fortiores erant, sed eos doctrina immiores existimamus. Non desunt tamen pharmacopolæ, qui compositionem aliam sequantur, quam ex Petro Gallo accipiunt potius scriptore, quam pharmacopola, huic similem in uno solù differētem, q; hæc epithymū nō recipit, illa recipiebat. hæc verò duas diagridii drachmas recipit, quas illa nō recipiebat, & simpliciū pondus est 3. j. s e. Extende & tu compositionem istam, quam nōnulli sequuntur. B R. Eadē est. tamē ne desideres, ita faciunt:

## Recipe Cinamomi

Spicæ	Croci	ana 3. j.
Schœni	Aſſari	
Xylobalsami		
Xylocasiæ		
Carpobalsami		
Violarum	Absinthii	
Agarici	Rosarum	
Turbith		

Colo

Colocynthidis	} ana	3.	j.
Mastiche			
Diagridii	} ana	3.	ij.
Aloes ad pondus omnium.			

Cum syrupo de stœchade fiat globus. *SEN.*  
 Paucissima est differentia inter illam Nico-  
 lai, & istam. *B R A.* Sit quomodo cuq;, non est  
 hiera cum agarico. propterea melius recen-  
 tes quidam fecerunt, qui nunc cupant hieram  
 Galeni compositam, aut istam, aut illā, quam  
 tu ex Nicolao retulisti. Sunt etiam, qui ita par-  
 ticulatim loquantur omniū simpliciū, duas,  
 aloes 3. iiiij. mellis colati & expumati 3. viij.  
 At qcquid sit, hæ pilulae de hiera cū agarico  
 esse nō possunt. *S E.* Quas ergo deinceps pa-  
 rare iubebis? *B R.* Non desunt tamen, qui mi-  
 nus errant in hanc vrbe, & qui compositio-  
 nem affinem hieræ cum agarico parent. *S E.*  
 Quænam illa est? *B R A.* Hæc,

Recipe Hierę Galeni	} ana	3.	β.
Agarici trochiscati			
Aloes		3.	j.

Ex melle rosaceo colato conformentur pilu-  
 lae. *S E N.* In quo errant hi? *B R A.* Quia perfe-  
 ctam hierā non accipiunt. *S E.* Opto ut in hac  
 charta cōpositionē explicet. *B R A s.* Scito ali-  
 quos voluisse agaricū poniat ad pōdus omniū  
 simpliciū simul, aloe dēpta: vnde erūt agarici  
 3. xxxv. vel 3. xxxvj. si crocus sit 3. vj. Nos ve-

rò putamus satis esse agaricum ad pondus vnius simplicis ponit, ut sit 3. vij. ss. Cōpositionē istā denique explica. B R. Nonne ex prædictis verbis accipere potes? ss. Possem equidē, sed mihi facilius erit te audire. B R. Hæc est cōpositio pilularum de hiera cum agarico, quam in beo te paratam habere hoc modo,

R. Cinamomi, pro quo casia, i. canella, 3. xij.

Masticas			
Affari			
Spicæ nardi	ana	3.	vj.
Xylobalsami			
Agarici			
Croci		3.	v.
Aloes		3.	xc.

Terantur & misceantur, & cum opus est, ea utaris in quacunq; forma volueris. & si in pilulas reducere placeat, id facias secūdū intentionē, quam habes, vel ex syrupo de stœchade, vel ex melle rosaceo, vel ex aqua absinthii, vel ex alia simili re. Hæc enim cōpositio capiti, thoraci, & ventriculo plurimum conuenit. Landarem tamen ut hæc cōpositio parata non seruaretur: sed quoties prudens medicus ea indigeret, agaricum addat secundum morbi exigentiam, nunc plus, nunc minus, ut ille recte iudicabit. Si verò integrā compositionem seruare cupias, pro his medicis, qui cōponēdi artē ignorāt, quorū maior est

pars, illā parato, quam superius scripsimus.  
s.e. Deinceps ita parabo. At quē agaricū ac-  
cipere debeo? an trochiscatum? b.R. Antiquio-  
res agaricum non præparabant in trochi-  
scos reducentes, sed eo simpliciter vtebantur  
ut ab arbore venit: propterea suaderem, vt  
simplex agaricus sumeretur, nulla re corre-  
ctus, præteritum cùm hieræ misceatur: imò  
ipsum impræsentiarū in puluerē redactū sim-  
pliciter exhibeo ex saccharo, & mirè cōfert.

## SENEX.

*Pilulae de  
hiera Loga  
diij.*

**D**E his iā satis. Pilulae de hiera logodion  
sequuntur. b.R. Ab re non est, omnespi-  
tularum compositiones prosequi, quæ ab hie-  
ra nomen habēt. vnde accepit nomen hæc cō-  
positio? s.e. Nicolaus dicit nuncupari hiera  
logodion memphitū, à hiera, quod est, sacra,  
logos, sermo, & memphitum, id est impedi-  
tio, quoniam his succurrīt, qui habent impe-  
ditum sermonem, ex quacunque fuerit cau-  
sa. b.R. Ha ha ha. s.e. Tu rides? b.R. Ecquis non  
rideret in tā pulchris nominū etymologiis?  
Primò Nicolaus ignorat vnde dicta sit hæc  
cōpositio: népe vocari debet hiera Logadii,  
quoniam Logadius medicus fuit apud antiquos  
celeberrimus, qui huius hieræ inuentor  
extitit. vnde nuncupari debet hiera Logadii,  
non hiera logodion. Superius etenim docui-  
mus antiquiores medicos, qui in aliqua existi-

matione fuere, suas quasdam cōpositiones habuisse, quas hieras vocabat, & quibus potissimum vrebatur. Sed, ut in nomine errauit Nicolaus, putamus non minori errore duci in ipsa cōpositione: propterea tu Nicolai cōpositionem hieræ Logadii adducito, ut antiquæ cōpositioni conferre possimus. s E. His verbis Nicolaus suam hieram Logadii describit:

Recipe	Interioris colo	ana	3.	ij.
quintidae				
Polypodii				
Euphorbii				
Polii		ana	3. j. f. gr. vi.	
Cocognidii				
Absinthii		ana	3. j. gra. xij.	
Myrrhae				
Centaureæ				
Agarici				
Ammoniacithymia.			ana	j.
Foliæ (matis				
Spicæ				
Squillæ				
Diagridii				
Aloes				
Comarum Thymi			ana	xiiiij.
Cafæ				
Chamædryos			ana	xvj.
Bdellii				
Praessii				

Cinamomi	{	ana	3.	β.
Opopanacis				
Castorei				
Aristolochiae longæ				
Piperis albi				
Piperis nigri				
Piperis longi				
Croci				
Serapini				
Petroselinii				
Hellebori albi	{	ana	gr.	vj.
Hellebori nigri				
Mel quod sufficit.				

Hoc intellige pro hiera ipsa Logadii compo  
nenda: nos enim accepto melle rosato colata  
catapotia conformamus. B R A. In hac Nico-  
lai hiera Logadii plura simplicia sunt, quam  
in vera illa antiqua Logadii hiera, nec id est  
in simplicibus pondus. s E. Refer tu, si mea-  
mas, verā Logadii cōpositionem. B R. Hęc est.  
s E. A quo authore illam accepisti? B R. Ab Ae-  
tio lib. 3. cap. iii. dicente, Hiera Logadii. Post-  
ea talis compositio subsequitur,

Recipe Pulpæ colocynthidis	3.	ij.	β.
Scyllæ afflatæ			
Agarici			
Ammoniaci thymiamatis	{	Singulorū 3. xx.	
Thymi			
Scammonii			

Corti

Corticis hellebori nigri	ana 3.	x.
Hyperici		
Epithymi		
Bdellii		
Polypodii aridi		
Aloes		
Chamædryos		
Martubii		
Cassæ		Singulorū 3.
Myrrhæ Troglodyticæ		
Piperis albi, longi, nigri		
Cinamomi		
Croci		
Opopanaxis		ana 3. iiiij.
Sagapeni		
Castorii		
Petroselinii		
Aristolochiæ longæ		

Affumito in melle. Exhibitio integra iiiij. media tres, minima duæ. Vbi vero exhibenda sit, addito salis cochlearii semis. Hæc est hiera Logadii, quæ recipit solumcū melle simplicia xxv. illa vero, quam Nicolaus citat, triginta tria simplicia cū melle recipit. s e. Igitur non est illa Logadii? BR. Nō, ut videtur. Eadē ratione illa, quæ à Serapione citatur, nō est Logadii, nec illa, quam dicit esse secundū descriptionem Philagrii, & alia secundum Pauli descriptionē. SEN. Deinceps compositionem

istam hoc modo parabo. B R A. Non errabis, nam summū virum Aetium imitaberis. Simplicibus igitur in puluerem redactis, in cataractis formā reduci possunt, vel ex melle rosa to colato, vel ex alia re, secundam exhibentis intentionem. S E N. Suntne illæ descriptiones probandæ, quæ ab Auicenna referuntur? B R. Neq; illas probare, si Aetii modo corrigitur. quem imitari studeas, quo ad meliora invenia sint, si innueniri poterunt. S B N. Quibus affectibus succurrat hec compositione? B R. Multis. nam cōuenit locutioni impeditæ, ex qua cunque fiat causa, modò sit ab humoribus. Atram bilem, & pituitam expurgat, epilepsiam conuenit, paralyticis, tremorem membrorum habentibus, doloribus capitis cum diutinis & totum occupantibus, tum hemicranicis succurrat, vertigini confert, oculorum obscuritatib; & pleuritidi. Ischiam patientes adiuuat, & arthritim, varias corporum maculas, & lepras emédat, menstrua prouocat.

## S E N S X.

*Pilule sto-*  
*machicae.*

D E his satis dictū sit, ad stomachicas pilulas accedamus. B R A. Accedamus quidem & in cōpositionē, quā nullus ferè pharmacopola eandem habet cū alio. Dic tu quā compositionē paratā seruas? S E. Illā, quā Mefae in principio describit. B R A. Est igitur prima ex tribus quas refert descriptionibus. S E.

Non

Non ex illis tribus, quæ statim se consequuntur, sed illa, quæ in ordine omnium suarū pilularum est secunda descriptio, & quam dicit stomachū emundare, & iecur, & sensuū membra, atque iuncturarum instrumenta, & quæ tam bilem atram, quam flauam, & pituitam educunt. B R A S. Descriptionem eius affer. S E N. Hæc est:

Recipe Hieræ picræ	3.	vij.
Trium myrobalanorum	3.	iiij.
Agarici	3.	ij.
Turbith boni	3.	x.
Epithymi Cretensis	} añ.	
Anisorum		3. ij.
Salis Indi	3.	ij.
Absiathii	} añ.	
Scammonii		3. iiij.

Fac pilulas cum penidiarū 3. iiij. & succo sca-riolarū. dosis 3. ij. B R A. Iam noui quas sto-machicas pilulas in tua officina serues: suntq; & alii pharmacopolx, qui easdem cōficiunt. Medici verò te non perspecta neque confide-rata, in omni fere ventriculi affectione, & po-tissimum in imbecillitate, stomachicas pilu-las instituunt dandas: cùm tamen præter eu-a-cuationē hæ ventriculo mirè obsint. Sed com-positionem istam pressius contemplēmur. S E N. Quomodo intelligis obesse ventriculo? B R A. Quia ipsum perturbant, & imbecillio-

rem reddunt: nam magaa turbith copia hæc compositionem ingreditur, nempe 3. x. At mire ventriculum peruerit turbith, ut non nulli ignari putarint, turbith à turbando di-ctum esse: adde & scammoniū non conferre ventriculo, imò valde obesse, & agaricum: & quanuis multa ingrediantur, quæ ventri-  
lum roborare possint, tamen ab his, quæ illū perturbat, superantur. Sed car tu diligentis, si me Senex, hanc compositionem sequeris, cum alii pharmacopolæ descriptiones alias habeant? s e n. Ita didici à præceptore meo antiquo seplasiario. b R A. Certus sum nō esse tres seplasiarios Ferrariae, qui eandem compositionem seruent. Nam & tu, & alter, eam quam retulisti descriptionem seruatis: non nulli verò in suis officinis descriptionem ha-bent, quæ à Mesue posita est, & dicit stomachum & digestionem adiuuare, cerebrum & stomachum à corruptis humoribus purga-re, & appetentiam excitare.

Recipe Hieræ picræ	3.	x.
Trium myrobalanorum	{	
Absinthii	añ.	3. ii.
Masticæ		
Anisi	{	
Bellerici	añ.	3. iii.
Emblici		β.
Agarici		

Zingiberis	3.	ij.
Caryophyllorum		
Salis gemmæ	3.	j.
Squamenti		
Turbith	3.	xij.

Confice cum succo absinthii, & da 3. ij. vel iij.  
 s E N. Non videtur esse inter nostram & banc  
 descriptionem magna differentia. B R A. Imò  
 in his, quæ soluunt, nulla, nisi in simplicium  
 pondere. In his verò, quæ roborant, differunt:  
 quia in ea, qua vteris cōpositione aliqua sunt  
 quæ in ista non habentur compositione: & è  
 contrario aliqua in ista, quæ non sunt in tua:  
 tamen ex sexdecim rebus illa, quam nuper at-  
 tulimus, descriptio constat. Illa verò, qua tu  
 vteris, ex tredecim. s E N. Cuperé omnes phar  
 macopolas idem genus seruare. B R A. Imò &  
 hic est magnus medicorum error. nam insi-  
 tuunt stomachicas pilulas deglutiendas, sed  
 quam compositionem instituant, nesciunt.  
 Non desunt præterea, qui pilulas illas para-  
 tas seruent, quas Mesue secundo loco descri-  
 psit, & dicit esse in intētione priorum, id est,  
 illarum, quas nuper adduximus. s E N. Neque  
 descriptionē istam prætermittamus. B R. Ēn.  
 Recipe trium myrobalanorum añ. 3. iij.

Rosarum	3.	ij.
Masticæ		
Cardamomi	1	

Lignialoes			
Sandaloru citrino.			
Cubebarum		an.	3.
Caryophyllorum			ii.
Nucis moschatæ			
Squinanti			
Rauedsceni		ij.	β.
Turbith		3.	vij.
Aloes ad pondus omnium.			

Confice cum vino odorifero. s E. A prædictis non multum differunt. B R A. Omnes idem censem: tamen simplicibus cōsideratis, quæ vtrasque cōpositiones ingrediuntur, & simplicium ponderibus non parum differre videntur, quanvis in intentione non sit magna differentia. Scito tamen maiorem pharmaco polarum numerum pilulas illas stomachicas paratas seruare, quas Mesue suas esse dicit, quæ caput & stomachum expurgāt, & omni tempore sumi possunt. earum autem descrip̄tio h̄ec est:

Recipe Turbith	3.	x.
Masticas	3.	iiij.
Rosarum	3.	iii.
Aloes bonæ ad pondus omnium.		

Confice cum succo absinthii. s EN. Non me fugit, complures hanc compositionem paratai seruare, & quando opus est 3.j. vel 3. j. f. præbere: tamen ego potius descriptionē priam

primam secutus sum , tum quia ita imbutas  
sum à pueritia , tum quia multa ventriculum  
roborantia recipit. B R A . Extat & alia apud  
Mesuen pilularum stomachicarū descriptio,  
quæ ceteris leuior est , & à nullo paratur phar-  
macopola , quod sciam , ipsaque caput etiam  
& stomachum expurgat , quam ne desideres ,  
referre statuimus.

Recipe Aloes	3.	vj.
Masticas	3.	iij.
Rosarum	3.	iij.

Confice cum succo solatri . s E N . Ex tot tamq;  
variis compositionibus quam præcipue sequi  
debemus? B R A . Cum hæ pilule stomachicæ  
nuncupentur , stomacho potissimum opitu-  
lari debent . Optarim ego , vt probus medi-  
cus non segniter consideraret , qua re indi-  
geat stomachus , quaque affectione sit lacessi-  
tus : propriè autem stomachus ventriculi os  
etiam significat : quanvis & plerunq; profun-  
do ipso accipitur . Nunc tam pro fundo ,  
quam pro ore , & omni alia parte accipitur . Si  
ergo stomachus malè affectus sit , affectio ipsa  
considerāda est , qua afficitur , an sit sola qua-  
litas , vel etiam sit cum materia . Si sola quali-  
tate afficiatur , alterare solùm opus est , & nō  
euacuare , idque fit per oppositas qualitates  
tam intrinsecè , quam extrinsecè . Si materia  
ad sit , genus materiæ considerare oportet , an  
pitui

pituita, an bilis, an atra bilis, an mistæ materiæ: tuncque euacuandum, ut materia exigit. Scito autem hic sermonem non fieri de materia, quæ in cavitate sit ventriculi, sed de illa, quæ cōtinetur in venis & eius rugositatibus nam quæ in cavitate est, facile educitur, & plerunque natura ipsa sponte per vomitū illam expellit, quandoque per inferas sedes. Si vero materia in his ventriculi venis & in sensibili bus meatibus contineatur, secundum materiæ genus eo medicamento uti debemus. Si ergo materia sit pituitosa, medicamentū propinamus pituitam educens: si biliosa, bilem si atrabilaria, medicamento atram bilem edcente utamur: si materia sit mista, & medicamentum ipsum mistum sit. Adde, si eadē materia in capite abundauerit, ea addenda esse, quæ à capite educunt. *s.e.n.* Quid inferre tentas per hunc tuum tam prolixum sermonem?

**B R A.** Hoc solùm quod quisq; notare debet, Medicum primò componendi regulas addiscere. Addiscat ergo, addiscat verè medicus simplicium naturam, & commiscendi modū, & secundum humoris genus, & membris pecantis simul misceat simplicia, & medicamentum ad suum commodū & ad ægri salutem paret. *s.e.* Non erit fermentatum tam brevi tempore. **B R A.** Non indigent fermentatione huius generis medicamēta, quæ ad ynam

tertiam formam non deducuntur, sed unum quodque simplex medicamentū per seipsum educere debet, imò si unū simplex post aliud sumeretur, nihil referret. s e. Si per hūc ordinem incederent, non indigeremus compositis medicamentis. b r a. Hoc summè probo, ut in officinīs sint paucissima composita medicamenta, præsertim ex catharticis: sed medicis prōptus esse debet, & doctus, statimque ex simplicibus composita parare, ut ægritudini conuenit, quam curandā suscepit. De egrediis verò illis medicamentis, quæ tempore longiore indigent priusquam cōcocta sint, qualia Theriaca, Mithridatum, secus dicendum est: nam illa parata habere præstat. Vnde si has pilulas ad vnguem contempleremur, ventriculo parum conuenire videntur, ultima descriptione dempta. Tamen impræsentiarum compositiones ipsas ad verbū examinemus. Primò recipiunt hieræ picrē Galeni 3. vij. Est illa, de qua superius in variis locis apud Galenū descriptum est. s e n. Nonne hæc Galeni hiera ventriculo conuenit? b r a. Imò (ut Galenus in septimo Methodi medendi libro refert) præstantissimum est hoc medicamentum ad vitiosos succos, qui in tunicis ventriculi habentur. s e n. Hoe Galeni medicamentum leue videtur. b r a. Galenus præcitato loco docet esse leue, mediocre, & forte, secundum

dum quantitatem quam accepimus: nempe  
mediocris modus est, si eo sicco ex aqua via-  
munt duorum parvorum cochlearium mensu-  
ra. est vero maximus modus duorum magno-  
rum cochlearium mensura, si temperetur in  
tribus aquæ cyathis: minimus modus est uni-  
us parvi cochlearii mensura. Itaque hoc me-  
dicamentum fieri potest, & vehemens, & de-  
bile, & mediocre: notaque Galenum dicente  
valere ad succos vitiosos. Sunt vero succi vi-  
tiosi, humores pravii cuiuscunq; generis. vn-  
de & si aloë bilé educat, tamen è tunicis ven-  
triculi omnes vitiosos humores educit: fieri q;  
potest ex aloë elota & non elota, ut superius  
dictum est. Ego igitur quantum in mesit, suad-  
erem hanc Galeni compositionem pro sto-  
machicis pilulis parari. aliae vero, quæ turbith  
recipiunt, dimittantur. s e n. Hæc compositio  
æquè non educit, ut illæ faciunt, quæ turbith  
recepissent. b r a. Imò egregiè educit abso-  
lutissimus ille prædictus ex Galeno modus.  
s e n. Tamen non æquè ut Mesuae cōpositio-  
nes faciunt. b r a. Ultimam Mesuae composi-  
tionē prætermitto, quæ nō recipit nisi aloen,  
masticen, & rosas: aliae omnes educunt hu-  
mores, etiam si vitiosi non sint. Compositio  
autem Galeni solos vitiosos insequitur. Me-  
sua igitur compositiones à capite contéple-  
tur. Primo recipit hieram hanc Galeni sim-  
plicem.

plicem nūcupatam, quæ omnes succos vitiosos educit: postea decem drachmas turbith, de qua radice in simplicium examine differimus. volunt authores tenuem pituitā expurgare, quanuis experientia duce, & crassam simul expurget. Quod ut exquisitius faciat, à nonnullis zingibere commiscetur: tamen (ut ipsi Arabes turbith inuentores dicunt) subversionem facit, & naufragium, quæ inventrica li affectibus evitanda sunt, nisi cùm nobis institutum sit per vomitum euacuare. Recipit præterea tria myrobalanorum genera, id est, citrinos, chebulos, & indos. s e n. Cur potius haec genera intelligit, quām bellericos, & emblicos? B R A. Quoniam sunt perfectiora genera: imò Serapio (quem & aliis secuti sunt) in uno capite de his tribus verba facit inscripto de Myrobalanis. in alio deinde de his duobus, ac si non sint inter myrobalanorum genera computanda. Recipit etiam agaricum, qui pituitam crassam educit, & bilē crassam, & ventriculum mirè perturbat, facta quacūque præparatione. Experiētia obleruauimus simplicem substantiam agarici potui dare, lōge minus obesse, quām si zingibere, sal gēma, spica, oxymelite, vel alia qualibet re misceatur. Epithymum recipit, qui atrabilarios humores educit, & scammoniū, quod bilem purgat. Ex his intelligere potes nos hac cō-

positione solam uti posse, quādo omnes suc-  
ci fuerint vitiosi, & non quando unus solus  
SEN. Nonnemagis unum humorem educit,  
quām alium? B R A S. Omnino: nam turbith  
quod pituitam educit, in maioricopia com-  
positionem ingreditur, quām alia, & etiam  
agaricus. Sed à te peterem Senex prudentis-  
sime, quid in his pilulis faciant penidia. S E N.  
Penidia ex saccharo fiunt in aqua dissoluto:  
propterea iudico apposita esse, ut composi-  
tio constet: nam saccharum ita dissolutum  
seruat, ne adeò festinè compositiones exiccen-  
tur. B R A. Conuenientius igitur fuisset tra-  
gacanthum accipere, præsertim cùm in sca-  
riolarum succo dissoluat. S E N. Quid intelli-  
git per scariolas? B R A. De his in simplicium  
examine satis dictum est: nam intubis species  
est, sed sylvestris: à Græcis feri dicitur, nostri  
scariolam, Barbari corruptentes scariolā vo-  
cant: hicque recentiores affirmant apponi  
scariolam, ut sit minus calida compositio, ac  
si tam pauca succi quantitas in totam quere-  
bus calidis aliquid possit. Dic iterum mihi  
præstantissime Senex, quid intelligis per sal  
Indū? & quid pro eo accipis? S E N. Sal nigrum  
accipio. B R A S. Et quid hoc est nigrum sal?  
SEN. Nostrū quod in usu habemus sal, quod  
nigrum est, id est, minus album aliis. B R. Hic  
est maximus error: nam ad quem finem huic  
compo

*Salnigrū.*

209

compositioni sal addere? SE N. Certè nescio.  
ego compositiones paro, vt mihi instituitur:  
quid ergo accipere oportet pro sale Indo?  
B R. Scito Indū sal esse antiquorū saccharum; *Sal Indum.*  
quod intra cannas cōcrescit, de quo & Au-  
cenna tractat, vbi agit de linguae asperitate,  
iiiij. canone, Fen prima. & inquit habere co-  
lorē salis, & esse in dulcedine mellis, de quo  
in simpliciū examine per plura. SE. Placētne  
tibi hæc cōpositio? B R. Non solum non pla-  
cket, sed & illam quoque suspectā habeo: nam  
cūm incido in cōpositiones, quæ plura sim-  
plicia recipiūt sub vno pōdere, & alia deinde  
sub alio pondere, postea alia sub eodem pon-  
dere, hæc compositiones mihi sunt suspectæ,  
ne omnia pōdera præter rationē posita sint.  
Nunc ad secundam stomachicarum pilula-  
rum compositionem descendentes, dicimus  
à prima non multūm diffierre, & ipsam & quæ  
omnes humores educere, qui sunt non tan-  
tūm in ventriculo, sed etiam in omni corporis  
parte: vnde non sunt huic soli mēbro sta-  
tutæ, iinō (vt ipse refert Mesue) caput & ie-  
cir expurgant: quin omnia membra expur-  
gare certum est, si in maiori copia sumātur.  
De tertia compositione idem iudicium est.  
Quarta cōpositio, quam dicit esse suam, &  
ipsa pituitam & bilem educit. Quinta con-  
uenit quodam modo cum simplici hiera Ga-

leni. s.e. Dic igitur quas pilulas stomachicas  
seruare oportet? b r. Ego pro stomachicis pi-  
lulis simplici Galeni hiera semper utar, & (n*on*  
contingit) secundum varias affectiones sim-  
plicia adderē & auferrem, vel potius compon-  
tiones illas sequerer, quæ à Galeno octauo  
de Compositione medicamentorum secun-  
dam locos, scriptæ sunt, quas Andromachus  
& Asclepiades sequebātur. Nunc tu aliud pi-  
lularum genus è tua scheda de promas. s.e.

*Pilulae ma-* **M**astichinæ pilulae accedunt. b r. a. Quis  
*stichine.* fuit harū pilularum author? s.e. Petrus  
Aponésis, Cōciliator nūcupatus, in ca. De in-  
digestione stomachi, videtur ipsarū inuētor.  
Est verò cap. xix. Additionū in Mesuē, ne lon-  
gè requiras, vbi dicit stomachū ab omni lēsi-  
one præseruare, & esse medicinā vitiosæ ma-  
tricis, & viscerum interiorum. b r. a. s. Affer  
hanc compositionem. s.e. n. En:

Recipe Mastiches	3.	iiiij.
Aloes ele&tae	3.	x.
Agariciboni	3.	iiij.

Confice cum succo Altiliae.

Notaq; in calce vigesimiprimi capit is eiusdē  
authoris iterum repeti. his eisdem utitur Pe-  
demontanus, vbi de medicinis corrupti ap-  
petitus agit. b r. Ex his quæ hāc composi-  
tionem ingrediūtur, id, quod omnia excedit, est  
aloe. unde potius nūcupādæ essent pilulae de  
aloe.

aloe. s.e. Cùm aliæ extér' pilulæ , quæ suo proprio nomine de aloë nuncupatæ, hæ meritò denominationem sortientur à secundo simplici, quod ipsam compositionem copiosius ingreditur. id auté est mastix: propterea non ab re mastichinæ dictæ sunt. Ethæ sunt, quas in nostris officinis paramus. B.R. Nos potius loco harū pilulis de simplici hiera vteremur, & si opus esset, adderemus agaricum. Tamē apud recentes medicos reperiuntur & aliæ pilulæ mastichinæ nuncupatæ. Non defuere medici, qui iusserunt nos parare mastichinas alias à Mesne in fine capitï de Caputpurgiis fodæ frigidæ positas. B.R. A. Compositionem adducito. s.e. Hæc est:

Recipe Aloes	3.	vij.
Mastiches		
Rosarum	3.	viiij.

Turbith 3. x.

Confice pilulas, dosis earū est à 3. duabus vsq; ad iiij. Mesne vocat has pilulas de mastiche, quas stomacho & capiti conserre dicit. B.R. A. Pro me nunquam sumerem. Vidimus & se plasarios, qui pilulas Nicolai de aloë & mastiche pro mastichinis parabant. S.E.N. Quænam est earum compositio? B.R. A. SAVOLVS. Hæc subscripta:

Recipe aloes .	3.	j.	>
Mastiches	3.	β.	

Caryophyllorum	} ana 3. i.
Rosarum rubearum	
Croci	} ana 3. ii.
Diagridii	

Confice cum succo fœniculi, vel absinthii. s.e.  
 Compositio hæc ventriculum roborare debet? B.R. Magis roborant illæ, quæ de simpli-  
 ci hiera dicuntur, & pluribus affectibus con-  
 ducent, ut Apud Galenū intueri licet in octa-  
 uo de Cōpositione medicamentorum secun-  
 dum locos, & in septimo Methodilibro. Nos  
 verò si cōpositiones aliquas paratas seruari  
 voluerimus, quæ mastichen reciperēt, ex his  
 vnā parati iuberem, quæ ex Andromacho in  
 præcitate de Cōpositione medic.lib. à Gale-  
 no referuntur, & eam in pilulas reducerem.  
 sed conducibilius est secundum affectū com-  
 positionē parare, cùm ea indiguerimus. Ad  
 rem verò redeentes, mastichinæ pilulæ, quas  
 ex Aponense paras, solūm conferunt ventri-  
 culo, cùm in eo vitiosi sunt succi, & in capite,  
 succi, inquam, biliosi & pituitosi.

## SENEX.

Pilule As-  
saiareth.

**A**Ssaiareth pilulæ mastichinas sequuntur.  
 B.R. Quis fuit harum pilularū inuētor?  
 s.e. Auicénna in prima Fen quarti libri, tracta-  
 tu primo, cap. decimonono, de his mentionē  
 facit. B.R. Non vidi Auicénnam de his pilulis  
 aliquam mentionem fecisse: sed compositio  
 est,

est, quam Assaiareth vocat, quæ fortè potui datur, vel in aliam formā redigitur. s e. Equidē ab Auicenna non dicitur, pilulas fieri oportere, imò nec addit simpliciū pōdus, quæ compositionē ingrediantur. b R. Quomodo igitur cōpositionē tuam paras? s e. Gentilem sequor Fulginatem Auicennæ interpretem, qui his simplicibus pondera statuit. Idem facit in suo Antidotario Montaguana. b R. A s. Quónam modo conficiuntur? s e. Isto:

Recipe Hieræ picræ                        ʒ.                j.  
 Mastiches  
 Myrobalanorum citrinor. }                ana 3.iiij.  
 Aloes    ʒ.                ij.  
 Fiant pilulæ cum syrupo de stœchade.

Hieram picrā, aloe & mastiche ingrediūtur, hic solùm myrobalani additi sunt. s e. Mastiche additur ut maior ad sit copia ad ventriculum roborandū, aloeq; iterum cōmiseretur, ut vehementius educat: myrobalani verò ut prohibeātur vapores acuti calidi, si in stomacho sint, ne in caput ascéndant. b R. Mihi videatur hanc cōpositionē vētriculo potius quām capiti cōuenire: népe aliud nihil est, quām picta Galeni additis myrobalanis, & mastiche, ac aloe auctis. Syrupus verò ille, quo conficiuntur & cōmiseretur, & si capiti conueniat, vētriculo nō obest, nec in tam magna copia ingreditur, ut multū prodeſſe possit: imò

pulueres solām cōglutinat. De Auicēna igitur miror, qui propriè pro imbecilli solutiuo capitis Assaiareth posuerit: quāuis si in cōpia detur, possit etiā caput purgare. Nam, ut Galen. docet in viij. de Compositione medi. secundum locos, in expositione hieræ aloes, medicamētum est imbecille, quod euacuat à ventre, & quandoque à iecore, si in ampliori pōdere exhibeat. Tamen si aliquis ex stomacho caput doleat, hæc cōpositio huic conuenit: sed ideo cōuenit quia stomacho cōfert quod facile ex Galen. colligi potest, secundo de Compos. medic. secundū locos, ubi de his agit, qui ex stomacho caput dolent: quod fit cū vitiosi humores in ventris tunicis fuerint impacti, & ita impacti ut dilui non possint: scitoq; Galenū præcipito loco potius minue realoen, quām augere. Propterea recētes male faciunt, Auicennæ descriptionē in ordinē referre volētes, & aloes quantitatē magis a gentes, quām ipse fecerit, aut facere voluerit: imò & præcipito loco Galen. notat crocum minui oportere, pro his, qui illum non patiuntur. Non est igitur cōpositio, quæ simili citer materias purget, quæ capitis affectiōes faciūt, sed tales solum capitis affectiones, quæ à stomacho depēdent. s.e. Vnde acceptum est hoc nomē Assaiareth: B.R. Ego à te peterē. est enim Mauritanū nomē. s.e. Vnde originem hab

habeat, coniectari nescio. B R. Et ego minus: imò & hoc nomen corruptū esse puto. Scito autē Galen. in principio secūdi capitū secundi libri de Compos. medic. secundū locos, in capitū dolore hierā exhibere: sed addit exacutam, ac si dicat per aliud simplex redditam acutam & vehementē: ut inferre liceat hierā capiti valere, si alia addātur. Et nū quam pro capite has pilulas deglutiendas iubemus, quin agaricum addamus, aut alia qua à cap. educunt, vel nisi affectio capitū à ventriculo proueniat.

S E N E X .

**P**ilule de rhabarbaro accedunt. B R. Quid Pilule de aliud sunt hæ pilulæ, quām rhabarbarū Rhabarbas ipsum in puluerē redactū, & in pilulas cōfor ro. matū? s E. Imò est alia compositio, quam paratam seruamus. B R. Quænam est? s E. Hæc: Recipe Rauedsceni 3. iiiij.

Succi liquiritiæ

Absinthii

Masticæ

Myrobalanorū citrinorum 3. iiiij. β.

Seminum fœniculi } ana 3. β.

Apii

Trochis corum diarhodon 3. iiiij. β.

Specierū hieræ picræ Galeni 3. x.

Confice cum aqua fœniculi, & da 3. iiij. cum Pilule de aqua casei calida in sero. B R. A s. Rauedsceni Rauedscē Rhabarbarū est. s E. Evidem, & etiā raued m.

*Sextariū.*

nomen sortitæ sint. Sed vnum hic notandum est, Serapionem his pilulis addere quatuor sextaria salis, quod non facit Mesue: & quan- uis sal crassias materias dissoluere possit, ta- men tanta quantitas in hac cōpositione non conuenit. *s e.* Sextarium fortè apud Serapio- nem est parua mensura. *s R.* Imò est nomen ponderis apud Arabes. *s e n.* Quomodo hoc probabis, si quis inficias iret? *b R.* Facillimè, si pondera in quinti canonis fine apud Auic. adduxero, quæ etiam ex Serapione accepta sunt. *s e.* Proba igitur, ni laborem effugias. *B R A S A.* En Auicenna dicit: Mina Romana est  $\frac{3}{4}$ .xx. & Mina est sextaria xl. Igitur si Mi- na est  $\frac{3}{4}$ .xx. & sextaria xl. sextarium erit semi- uncia. Itaque in hac compositione ingre- dentur duæ vnciae salis, quod absurdum est. imò quia Auicēna post hæc dicit sextarium esse 3.vj. essent tres vnciae: propterea arbitra- mur Serapionis compositionē non esse pro- bandam, sed illam Mesuæ potius esse recipi- endam. Possem & hoc variis aliis modis ex horum authorum compositionibus proba- re: sed id faciemus in ponderum examine, in quo Græca Arabibus cōmiscebimus, & ex- ponemus. Nunc materiam hanc prætermi- tamus, ne ex medicamentorū compositioni- bus ad pondera & mēsura strāsire videamur. Vnū tamen animaduersione dignū est, quod hic

hic à Mesue dicitur, dissoluendum esse in vi-  
no gumi, quod in pilulis de rhabarbaro non  
dicitur: id verò factum est, quia mastiche so-  
la cōpositionem illam ingreditur. hæc verò  
sit regula, quæ non fallit: In omni composi-  
tione, in qua gummi genera aliquot ingre-  
diuntur, considerare oportet, an gummi in  
puluerem redigi possit, absq; alia vehemen-  
tiore exiccatione, an non possit. Si in pulue-  
rem reduci possit, compositionem ingredia-  
tur absq; alia dissolutione: si non possit, tūc  
dissoluendus est, vel in vino, vel in alio liquo-  
re. Cùm igitur in pilulis de raued recipiātur  
serapinum, bdellium, lacca, oppopanax, &  
guinmi, quorum aliqua dissolui possunt, ali-  
qua non possunt, propterea hic dicit in vino  
dissoluenda esse. In cōpositione verò de rha-  
barba: o, in qua sola mastiche recipitur, non  
dixit esse dissoluenda nī, quia mastiche facile  
in puluerē reducitur. Nec illud in hac cōpo-  
sitione prætermittendum est, cùm fuerit con-  
festa, post aliquod tempus & etiam breue,  
adeò durescit, ut in puluerem facile resolua-  
tur: idq; faciunt omnes cōpositiones, quæ res  
glutinosas nō recipiūt. vnde suaderē, vt nō so-  
lūm ex aqua fœniculi, sed etiā ex melle rosa-  
to cōformarētur, vt diutius seruari possent.  
nam vis simpliciū facillimè exhalat, vbi gluti-  
nosa res aliqua non adfuerit: & ideo harū pi-  
lulas

lularum vis diu perdurare nō potest: imò si  
 veterascunt, in venenū trāsmutantur, & ve-  
 hementia torinina faciunt: quod experta est  
 magno suo incōmodo magnifica & genero-  
 sa virago Hippolyta Farufina Quaina, com-  
 mater semper veneranda, & probitatis ac in-  
 tegrity specimēthæc à pharmacopola quo-  
 dam, à cuius nomine abstineo, ne quem offen-  
 dam, huius generis catapotia accepit: sed an-  
 tiqua puto illa fuisse, quæ à principio confe-  
 cit cùm arté exercere cœpit: semiscrupulū tā  
 tum accepit, & adeò vehementibus tormenti-  
 bus vexabatur, ut vires ferè deficeret, & plus  
 quam sexcēties egessit, ex hacq; occasione in  
 ægritudinē incidit laboriosam: verū Deo du-  
 ce pristinæ sanitati restituta est. Ad rem ve-  
 rò cœptā redeūtes, si alicui rei glutinosæ mi-  
 sceantur, diutius perdurare possunt. Cōplu-  
 res sanitati restituimus ex pituitosis febris  
 autumno, & hyeme, vnam ex his pilulis pon-  
 dereynius scrupuli alternis diebus vorādam  
 iubentes. S E N. Tibi ergo placet, ut pilulæ de  
 rhabarbaro, quas ex Mesue retulimus, confi-  
 ciantur. B R. Illæ fieri debent. verū exquisi-  
 tæ de rhabarbaro pilulæ ex solo rhabarbaro  
 confici debent: neque seruandæ sunt: sed tūc  
 rhabarbarum ipsum in pilulas redigendum,  
 cùm eo indigemus.

S E N E X,

Cum

**C**Vm his illæ venient, quæ de tribus cum Pilule de rhabarbaro vocantur. BR. Cur hoc non tribus cum men fortitæ sunt? SE N. Puto quia sunt pilu. rhabarbaræ lœ communes, quibus rhabarbarum addi. ro. mus. B R A. Prius igitur communes istas pilu. Pilule com las consideremus. SE. Has pro communibus munies. conficio, qnanuis notum sit, alias esse communes vocatas, quas alii pharmacopæa con ficiunt.

**Recipe Aloes**      3.      iiiij.

Croci } ana 3. ij.  
Myrrhae

Confice cum vino albo claro, odorifero.  
Tamen Pedemontanus iubet confici cum a-  
ceto: ego autē vino semper viuis sum. B.R. Car  
Pedemontanum non sequeris? s e n. Quoniā  
longè maioris authoritatis est Rhasis, quām  
Pedemontanus. Ipse verò in quarto ad Al-  
mansorem, de pestilenti morbo agens, & e-  
ius cautela, ex vino cōficit. Alii habent suam  
compositionem hoc modo:

Recipe Aloes } ana 3. ij.

Conficiantur cum vino albo. B.R. Differunt  
solum in pondere. Auicenna lib. quarto Fen  
prima, tract. iij. cap. quinto, medicamenta ad  
pestilentiam enumerans, inquit, fieri debere  
ex aloë, croco & myrrha : at simpliciū pōdus.

SE. Quenam est illa: s R. Hæc subscripta:  
 Recipe Rhabarbari,  
 Agarici } ana partes cquales.  
 Aloes  
 Misce, & ex aliquo liquore pilulas cōfice. SE.  
Quoniodo sunt de tribus cum rhabarbaro:  
 potius nuncupari deberet de duabus scilicet  
 rebus cum rhabarbaro: & cur potius non  
 sunt de tribus cum agarico, vel de tribus cum  
 aloë: s R. Ad differentiam fortè illarum pilu  
 larum de tribus rebus, quas communes vo  
 cas, aut de tribus Rifi: non dicuntur verò de  
 tribus cum agarico ob rhabarbari nobilita  
 tē. SE. Agaricus maioribus dotibus insignis  
 videtur, quam rhabarbarum, & est medicina  
 familiæ. s R. Tamen maiori pretio venditur  
 rhabarbarum, nec ventriculum offendit. At  
 de hacre quicquid sit, ne magnificamus. Pi  
 lulæ de tribus cum rhabarbaro apud omnes  
 pharmacopolas hæ sunt, quas nuper adduxi  
 mus: tuæ verò communes cum rhabarbaro,  
 sunt communes, quæ rhabarbarum recipiunt.  
 Hoc tantum expeterem in hac re & optarem,  
 ut omnes medici has differentias agnosce  
 rent, ne quandoque pro suis ægris vnam cō  
 positionem pro alia reciperent. Sumuntur  
 hæ de tribus cum rhabarbaro, pro capite,  
 thorace, ventriculo & iecore. Sed his omissis,  
 ad alia transcamus.

## S E N E X .

**O**ccurrunt post has considerandæ pilu- *Pilulae de*  
*læ ille, quæ à materia, ex qua cōficiūtur, Aloe.*  
*pilulæ de aloe nūcupātur. b R.* Suntne cōposi  
*tæ, an simplices? s E.* Simplicissimæ sūtex pura  
*aloe elota confectæ. Cur in hoc dubitas? b R.*  
**Q**uoniam apud antiquos compositio extat  
*pilularum de aloe, de quibus mentionem fa*  
*cit Paulus libro septimo, cap. quinto. & Gale.*  
*lib. primo de Compositione medicamento-*  
*rum secundum locos, cap. primo: vbi Gale*  
*nus quomodo confiantur perfectè nō ex-*  
*primit. Ita verò confici dicit Paulus:*

Recipe Interioris colocynthidis partē vnā  
*Succi absinthii*

Aloes } ana partem vnam  
*Scammonii partes duas.*

Cum aqua in pilulas redige, quæ ciceris quā-  
titatem æquent, quarum pro dosi exhibēdæ  
sunt vndecim. Scito tamē apud Galenū alibi  
haberi ἀλόης μέρη. id est, aloes partes duas:  
propterea Pauli codicem mendosum esse ar-  
bitror, & eius loco legendum, ut habet Gale-  
nus, scilicet partes duas. vocāturq; haec cata-  
potia à Galeno & Paulo παγιαλόης. id est, de  
aloe: & cōpositæ sunt, & nō de simplici aloe.  
Tu verò quomodo tuas de aloe cōgerere so-  
les? s E. Aloen bisterq; quaterq; ex aqua endi-  
uię lauo, postea in pilulas conformo. b R. Ha-

bésne paratas ex aloë non elota pilulas? S E N.  
 Cur hoc petis? quoniam nō elota semper in  
 promptu est. B R. Quoniā Gale in ij. & viiij. de  
 Compositione medicam. secundū locos, & in  
 septimo Methodi medédi, aloen nō lotā lon-  
 gē efficaciorem esse lota edocuit: quanuis de  
 hac re nō nunquā experiētiā fecerimus, & tā-  
 ta aloes lotē quantitas efficacius eduxit, quā-  
 ta nō lotē: fortē fuit ex virorū, qui insumpse-  
 rūt, diuersitate. sed nūc quæ cœpimus profe-  
 quētes, nonne sunt & qui aloen in succo cau-  
 liū lauēt, & ex infusione ihabarbari? s E. Ind  
 & qui succo lactucæ vtūtūr, alii succo plātagi-  
 nis. B R. Nouimus & qui ex defruto & hepse  
 mate lauabant. s E. Ut variæ sunt hominū intē-  
 tiones: & varii affectus, ita vario liquore la-  
 uāt. verū lotiones esse non debent pauciores  
 tribus. B R. A. Vna satis superque est. sed nunc  
 reliqua prosequamur. S E N E X.

Pilulae In=  
d.e.

**H**ic in nostra inordinata scheda pilulae  
 Ind.e suam sedē habent. B R. Quibus cō-  
 stant, & à quo authore accipiūtur? s E. Mesue  
 illas refert, quas & ipse ab Hali accipit. ex his  
 verò quæ sequuntur, constant.

Recipe Myrobalanorū nigrorū Hellebori nigri Polypodii Epithymi Stachados	} añ. 3. v. } añ. 3. vj. Agari
--	--------------------------------------

**Agarici**

Lapidis lazuli loti } ana 3. iiiij.

Colocynthidis }

Salis Indi

Succi eupatorii }

Spicæ

Caryophyllorum

Hieræ picræ

Fiant pilulæ cum succo apii. dosis est à 3. iiij. vñ

que ad aur. duos: &amp; sunt sanæ &amp; expertæ. da

cum aqua casei. hæc Mesue. B R &amp; s. Hæc quan-

titas longè maior est apud nos quam conue-

niat. satis enim est 3.j. exhibere, quæ etiam

non mediocriter educit, cum sint efficacissi-

mæ &amp; vehementissimæ pilulæ in agritudini-

bus atrabilariis: propterea mirè competitunt

quartanæ febri, duritiei, ac dolori splenis,

cancro, lepræ, &amp; (ut comprehensim dicam-

mus) omnibus atrabilariis morbis, idque po-

tissimum faciunt cum materia fuerit exu-

sta. Dic autem colendiissime Senex, Lapidem

lazuli quonam modo lauas? S E N E X . Lapi-

dem hunc, qui à Latinis cyaneus nuncupa-

tur, in tenissimum pulueré redigo, postea

accepto lapideo mortariolo, hunc puluerem

in iicio, &amp; aquā claram ac limpida superinge-

ro, mox pistillo in circulū ducto aquā &amp; pul-

uerem simul cōmisceo, hocq; facio vehemen-

ti agitatiōe, postea permitto ut resideat, quo

facto hāc aquam abiicio, & alianī superingēro, iterum vehementi agitatione commiſſeo, & idem facio, idque tertio efficio, postea loco claræ aquæ Padanæ accipio aquam rosaceam, & ter eodem ordine lauo, tuncque perfecta est huius lapidis lotio. **B R A S A V O L V S.** Scito neque tres lotiones quādoq; neq; quatuor esse satis, sed lotionē perfectam tūc esse deprehendes (quotquot p̄æcesserint) quando neque color aliquis, neque fapor, neque odor in aqua remanet. hæcque tibi sit regula lauandi hunc lapidem, & alios similes, ut is est, qui Armenus nuncupatur. Abs te vero discere cupio cur Indæ pilulæ nuncupatæ sint. **S E N E X.** Nonnulli putant id nomen sortitas esse, quia earum usus potissimum est apud Indos: alii quia sal Indum recipiunt, & putant sal Indum esse nigrum sal, sed non haberi, longè decepti (ut tu superiorius ostendisti) quia antiquorum saccharum supra canas cōcrescens, sal Indū est. **B R.** Fortè hinc non duxere, quia humores nigros & atros ac melancholicos educunt, qui Indis similes videntur. **Quis** hominum mentes scire potest, & primorum impositorum proposita? Notaq; confici has pilulas ex succo apii, quia emporiorii succus non est satis: sunt enim solūm dñæ drachmæ. hic verò apii succus apponitur, quia aperiendi vim habet: & cum simpli

simpliciter apium dicitur, hortense apium sumi  
 debet. est verò hortense apium id, quod à no-  
 stris petroselinum nūc vulgō dicitur. Omnia  
 ferè, quæ hanc compositionem ingrediuntur  
 vim habent educendi atram bilem. Hiera pi-  
 cra addita est ad roborandum, & bilem cras-  
 sam è ventriculo educēdum. Caryophylli ad  
 roborandum. Colocynthis ob pituitosos hu-  
 mores & crassos addita est. Et quia ab abdi-  
 tis membrorum partibus educit, sal Indū re-  
 cipitur (cuius loco poni debet saccharū, vel  
 etiam candum, quanuis à recentibus nege-  
 tur) ut aptius pilulæ compaginentur. scitoq;  
 omnia in puluerē redigēda esse & succis com-  
 miscenda, & pro hiera picra puluis ipse reci-  
 piendus est. Vfus sum his pilulis in flatu hypo-  
 chondriaco, & mirè cōtulerunt. Nota tamen  
 quod impetu primo obesse videntur, postea  
 sequēti die prōsunt: imò hic est ferè cōtinuus  
 mos in hoc flatu, omnia medicamenta cùm ap-  
 plicantur, obesse vel videri obesse: postea cùm  
 à medicamentis abstinetur, iuuamēta sentiū-  
 tur. Deniq; pro his pilulis, & aliis, quæ succos  
 recipiunt, notandū est, succos optimè depu-  
 randos esse & excoquēdos, quod nisi fiat, pi-  
 lulæ breui mucidæ fiunt, & corrūpuntur. Ad  
 alia te conferas.

SENEX.

**E**N illæ offerūtur, quas medici Arabicas Pilulæ Ara-  
 vocant. B R A. Et de hoc nomine anceps bīcæ.

sum, an quia ab Arabibus inuentæ, an quia  
in Arabia sit frequens earum usus, hoc nomē  
fortiter sint, apud quem authorem innenuntur? s. Apud Gilbertum Anglum, ubi agit  
de arthritide, & apud Nicolaum in suo vo-  
cato Antidotario. ex his vero conficiuntur:

Recipe Aloes	ʒ.	iii.
Bryoniae		
Myrobalanorum citrin.		
Bellericorum		
Indorum		
Chebulorum		
Embllicorum		
Maſtiches		
Diagridii		
Aſſari		
Rofarum		
Conſice cum ſucco fenniculi, vel abſinthii.		
Croci	ʒ.	i.
Castorei	ʒ.	iii.

Dicitq; Nicolaus has pilulas per centū annos  
perdurare, & valere. s. R. Longè decipitur: nā  
catapotia illa, quæ glutinosa non recipiunt,  
breuitate durare nō poffūt, & quodammo-  
do lapidescunt, vel in puluerem rediguntur:  
itaq; earum vis euaneſcit, & niſi ſucci ſint be-  
ne depurati & excocti, marcescunt. propter-  
ea dicimus Nicolaū decipi, & ſimpliciū vim  
ab his pilulis breui euaneſcere. s. E. N. Idem  
Nic

Nicolaus has pilulas mirabiles facit, inquiēs, omnes humores mirificè purgare, & lātitia inducere, tristitiamq; auferre, mentem acuere, amissum visum reddere: imbecillem fortiorē faciunt, auditum restaurant, memoria inferunt, scorodiniae conueniunt, vertigini hemicranicæ, oculos iuuāt: dentes, gingivæ, stomachū, splenem, sonitui aurium succurrunt: omnes humores in omnibus ætatis bus, in omnibus téporibus sine molestia in viris & mulieribus purgant. B R A . Si hæc pilulæ tot habet vites, igitur medicamentis aliis nō indigemus, vel saltem paucissimis: sed eas singulariter per simplicia perpendamus, videamusq; an in tota cōpositione tot adhinc, quæ omnia hæc efficere possint. Aloe educit bilē, bryonia serosos humores, citrini myrobali- ni bilem, chebuli pituitam. Indi atram bilem educunt, & flauā præustani. Bellericī & emblici educunt pituitam, & roborant cerebrū, ac neruos. Diagridium bilem educit. Assarum, rosa, mattiche, crocus, & castoreū membra roborant, & vim auferunt fortibus medicamētis. se. Ergo ad omnia illa cōueniunt, quæ à Nicolao referuntur. B R A . Certum est quod dicas, si vnuquodq; secundum suā operationē agat: sed puto nullū esse hominē, qui tot indigeat semel: tamen sunt talis generis catapotia, ut absque molestia educant,

## SENEX.

*Pilulae sine quibus.* EN pilulae Sine quibus offeruntur. B R A.

EN Nicolaus ob earum efficaciam eas Sine quibus esse nolo, vocauit: nam tantæ sunt efficaciæ, quod nullus sine illis esse deberet, nunc vero earum cōpositionem referto. SE. Hæc est quæ sequitur:

Recipe Aloes hepaticæ ablutæ & odoriferæ  
3. xiiij.

Myrobal.citrinorū

Bellericorum

Chebulorum

Indorum

Emblicorum

Rhabarbari

Masticæ

Absinthii

Rosarum

Violarum

Senæ

Agarici

Cuscitæ

añ.

3.

j.

Temperentur cum succo fœniculi, Scammonii bene triti & puluerizati 3. vj. & β. Ita vero admisceatur, ut puluis scammonii per pānum cum ipso succo sit expressus, & sit tanta succi quantitas, quæ ad cōfectionem pilularum fatis sit. postea inunge manus oleo violaceo vel communi abluto, & reformatur pilu

pilulæ in modum ciceris. B R A S . Nos in ci-  
ceris modum nō paramus, sed tres vel quin-  
que pro singula drachma conficimus. purgāt  
humores, qui sunt in superioribus corporis  
partibus, & propriè conueniunt suffusioni-  
bus, obscuritatibus, & caliginibus oculorum:  
purgantque mirè caput à pituita, bile, & atra  
bile, visumq; custodiunt ab omnibus prauis  
humoribus. quanuis medicus quidam noster  
Ferrariensis apprimè execretur has pilulas:  
nam, ut inquit, cùm lippitudinē nō nunquam  
pateretur, his pilulis voratis plurimūm cre-  
uit. Sed non animaduertit ipse, non præces-  
sisse totius corporis purgationem, non venæ  
fectionem, neque humoris præparationem,  
morbusque in augmēto vniuersali erat. Ad-  
dequè, tantam copiam non insumpsisse, quæ  
materias in capite existentes ad infernas par-  
tes deducere potuisset, sed à capite solūm ad  
oculos. His etiam conferunt, qui iliacum do-  
lorem patiuntur: & aurium dolorem sanare  
solent, si drachma insumatur, non cum ouo,  
vt Nicolaus dicit, vel farinata, sed simpliciter  
deglutita. S E N . Igitur omnes humores edu-  
cunt? B R A S . Educunt omnes prauos. S E N .  
Si aliquis non indigeret nisi vnius humoris  
euacuatione, quid tunc agendum esset? B R A .  
Illa addere oportet vel augere, quæ hunc hu-  
morem euacuāt. Sed posteaquam huc inter-

loquendum venimus, non erit ab re, quibus  
 additis id fiet, ostendere. Si bilem per hæc ca-  
 tapotia evacuare sit opus, a loco angere ope-  
 ret, & citrinos myrobalanos ac ihababarū,  
 præsertim si sit crassula bilis, si verò pituita eu-  
 cuatione indigerit, agaricum augeanum &  
 chebulos myrobalanos. Si atra bilis sit pur-  
 ganda, senam auge, & Indos myrobalanos,  
 s e n. Nonne perfectius esset his simplicibus  
 vii absque compositione, quæ peccantes hu-  
 mores educunt? b r a. Hoc est, hoc, inquam,  
 de quo conqueror, de quo continuò exclam-  
 mo, ut medici simplicium cognitionem ha-  
 beant, & cōponendi artem addiscant, & nun-  
 quam compositis vtantur, sed statim simpli-  
 cia miscere iubeant, cum illis indigent, s e n.  
 Hæ igitur pilulae ex tua regula diu perdurare  
 non possunt. b r a s. In hoc dubitas tu, qui  
 iam antiquatus es in arte? Omnino citò per-  
 eunt, quia nihil glutinosi recipiunt, quod vim  
 puluerum seruet: nam omnia in puluerē re-  
 digenda sunt, & commiscenda succo: & cùm  
 succus per stamineum, vt vocant, vel pannū  
 purior redditur, simul exprimatur scammon-  
 ium, s e n. Dubium est apud pharmacopo-  
 las, an scammonium pilulas ingredi debeat  
 in tenuissimum puluerem, vel in crassum re-  
 dactum. b r a. Cur in hoc ambigunt? s e n.  
 Quia scammonium venenosum est, & stoma-  
 cho

cho nocuum: si in puluerē redigatur, stoma  
chi rugositates, & insensibiles meatus ingre-  
di possit, & deinde in his locis permanēt gra-  
via symptomata inducere. s R A. Si quis scam-  
monium acciperet in puluerem redactum, &  
alicui compositioni non in istum, sed vel ex vi-  
no, vel ex iure insumeret, hæc fortè sympto-  
mata contingere possent. At cùm in pilulas  
conformatur, multa habet simul commista,  
& in tota compositione non est amplius pul-  
uis, sed crassius quoddā corpus, & cùm à ven-  
triculi calore eliqnatur, in puluerem non re-  
ducitur: sed in substantiam quandam liqui-  
dam. s E. Tamen recentes pharmacopœiae in  
suis compositionibus nunquam scammoniū  
ponunt, sed loco eius præparato scammonio  
vtuntur, quod diagridium vocant: præparat  
verò in cotoneo pomo. B R A. Optarim ego  
vbi vel ab Arabibus in suis cōpositionibus,  
vel à Nicolao, vel à Græcis scammoniū sim-  
pliciter dicitur, scammoniū non præpara-  
tum recipiendū esse: nam cùm Arabes & Bar-  
bari de præparato loquuntur, semper diagri-  
dium dicunt, & Græci σκαμμωνίον τὸ παρα-  
σκονον αἱμενόν ἡ μηδελιών. Scammoniū præ-  
paratū dicunt in cydonio, quo tamen in suis  
compositionibus rarò vtuntur. s E. Putabam  
præparationem istam esse nouum inuētum.  
B R A. Quomodo nouū, si Galenus lib. primo  
de

de Alimentorum facultatibus in cotoneo pomo parare docet? vnumque mirum videtur, quod ipse praebet comedendum cotoneum, s e n. A nobis tamē venenosum putatur. b r. Imō Galenus codem loco dicere videtur absque stomachi subuersione educere. Adeſt & alter præparandi modus in fartagine ex oleo amygdalarum dulcium, s e n. Necessariūmne est pro his pilulis cōficiendis manus ex oleo, vel violaceo, vel communi abluto inungere? b r a s. Ad vim pilularum nihil facit, sed tantum conuenit, ut facilius in perfectiore rem rotunditatem redigantur. Nunc ad alia trāscimus, quoniam ostendere ad quid singula valent simplicia, superfluum videtur.

## S E N B X.

*Pilulae de fumo terræ.* **I**gitur ad pilulas de fumo terræ accedamus, b r a. Quæ nam de fumo terræ? s e. Illæ, quæ ab Auicenna lib. 1111. Fen. vii. in curatione scabiei atque pruritus, in hunc modum describuntur,

Recipe Myrobalanorum  
citrinorum }  
Chebulorum }  
Nigrorum }

Aloes	3.	vij.
Scammonii	3.	v.

Confice absq; cessatione cum aqua sumi terræ, & fiant pilulae, b r a. Neque istæ diu perdura

durare possunt, quoniam nihil recipiunt glu-  
tinosi. scito tamen facta miscella ex pulueri-  
bus & succo relinquenda esse, ut exiccentur  
in umbra. postea iterum in puluerē redigan-  
tur, & exiccētur in umbra, idque ter fiat: nam  
hoc modo diutius perdurare possunt. Sunt  
pilulæ imbecilles: dari non possunt in mino-  
ri copia, quām quatuor scrupuli. Educūt hu-  
mores biliosos, mordicātes, acutos, pituitam  
falsam, & omnes adustos, qui pruritū faciūt  
& scabiem: tamen non est tanta perfectio in  
his pilulis, quin aliæ sint potentiores etiam in  
hac intentione, quas ingrediuntur sena, epi-  
thymum, polypodiū, helleborus niger, præ-  
ter illa, quæ superius in pilulis de fumo terræ  
ingrediuntur.

## S E N E X .

**C**Vm de his satis dictum putas, ad pilulas *Pilulae de*  
*de Agarico* descendamus. B R A. Suntne *Agarico*.  
ex puro agarico? s e. Non, quoniam opus est  
ex his saltem temperentur, quæ agaricū cor-  
rigunt. B R A. Antiqui nulla correctione vte-  
bantur, sed agaricum simpliciter, vel propi-  
nandum, vel deglutiendum exhibebant: &  
nos impræsentiarū simpliciter agaricū præ-  
bemus, & mirè proficit: tamen cōpositionem  
illā tuā de agarico ediscere libet. s e. Hæc est:  
Recipe Agarici      } añ.      3.      iii.  
Masticches              } Radic

Radicis liliicœlestis	} añ.	3.	j.
Praſſii			
Turbith		3.	v.
Hieræ picræ		3.	iiiij.
Colocynthidis	} añ.	3.	ij.
Sarcocollaæ			
Croci		3.	j.

Confice cum robub. nos tamen id seruamus,  
ut agarici loco semper agaricum trochiscatum ponamus, quia agaricum ita confeatum  
habet suam malitiam emendatam. B R A. Nō  
adest tanta malitia in agarico, quāram tu pu-  
tas. Verūm has pilulas considerans, non vi-  
dentur esse de agarico nuncupandæ, sed po-  
tius de turbith, cùm in maiori copia hāc com-  
positionem ingrediatur, quām alia, tamen si  
vel tibi, vel alii ita nuncupari placeat, digla-  
diari nolim. Dic verò quis sit harum pilula-  
rum author? s E N. Auicenna lib. 111. Fen de-  
cima, tractatu primo, cap. xl. & Mesue in  
cap. de asthmate. B R. Auicenna videtur quo-  
dam modo à tua compositione varius, nam  
hoc modo describit:

Recipe Agarici partes tres

Radicis liliæ	} añ.	partem vnam.	Pul
Praſſii			
Turbith		partes quinque.	
Hieræ picræ		partes quatuor	

Pulpæ colocynthidis }  
Sarcocollæ } añ. 3. j.

Conficiantur cum robub. Vnum est, quo hæc  
descriptionem vanâ esse ostendere possum.  
SEN. Quodnam? B R A. Omnia simplicia  
pondera indistinctè ponit per partes, colo-  
cynthida verò & sarcocolla determinat, quia  
drachmam vnam ponit: possent autem illæ  
partes tres, vel quatuor esse maiores, vel mi-  
nores, colocynthis verò & sarcocolla semper  
habebunt idem pondus, quod absurdum vi-  
detur. s E N. In his Auicennæ solùm deest ma-  
stiche: & colocynthis atq; sarcocolla in tua  
descriptione sunt 3. ij. in hac autem Auicen-  
næ sunt drachma vna. Illa præterea composi-  
tio, quæ à Mesue scripta est, cum his non con-  
uenit, nisi in aliquibus. Est verò in illa parte,  
in qua loquitur de Asthmate. Et hæc est eius  
compositio pilularum de agarico, quarum  
ipse, ut dieit, inuentor fuit, quæ pectus & pul-  
monem mundificant, & asthmati ac tussian-  
tiquæ conueniunt. Ita verò dicit:

Recipe Agarici 3. vij.

Ireos } añ. 3. j.

Prassii } añ. 3. viij.

Turbith } añ. 3. viij.

Hiera picræ } añ. 3. viij.

Colocynthidis } añ. 3. iiiij.

Sarcocolla } añ. 3. iiiij.

Myrræ

## Myrrhæ

3. ii.

Confice cum rob: & dosis earum sit drachmæ  
 duæ: tamen drachma vna satis est, vel saltem  
 quatuor scrupuli. **S E N.** Video magnam esse  
 in pondere differentiā. **B R A.** Imò & hic ad-  
 ditur myrrha, quæ in illis non est, quæ sunt  
 apud Auicennā. **S E N.** Et in nostris adest ma-  
 stix. In uno autē dubitamus, quia Auicenna  
 accipit liliī radices, Mesue verò radices ireos:  
 nos verò in nostra cōpositione habemus, ra-  
 dicis liliī cœlestis, & accipimus radices ireos.  
**B R.** Scito vulgare lilyum, & irim pectori con-  
 ferre & asthmati: tamē quia in his pilulis edu-  
 ctio expetitur, & lilyum non educit, iris ve-  
 rò educit: propterea laudo, vt iridis radices  
 hanc compositionem ingrediantur, & vibili-  
 lium dicit, irin intelligas: sed tuā descriptio-  
 nem (vt video) à Mesue accepisti vbi de pilu-  
 lis agit. **S E.** Accepi. **B R.** Cur non dicebas? **S E.**  
 Te hoc scire supponebam. **B R.** Non est opus  
 supponere, sed mens sua aperienda est, vt de-  
 cernere possimus an alii pharmacopolæ ean-  
 dem cōpositionem sequantur, & re vera o-  
 mnes istā paratā seruat, quæ materias crassas  
 à capite mirè trahit, & à pectore. Verū & Se-  
 rapio vñā quandam descriptionē habet pilu-  
 larū de agarico, quæ ab his nō longè differt.  
**S E.** Quæ nam est? **B R A.** Illa, quam vocat pi-  
 lulæ, quæ abstergunt pectus, ita confectæ:

Recipe

## Recipe Agarici

Turbith	} ana	3.	iiiij.	Pilulae pe-
Myrrhae				ctus abster
Radicis lilii cœlestis		3.	j.	gentes.
Prassii	} ana			
Hieræ		3.	iiiij.	
Colocynthidis				
Sarcocollæ	} ana	3.	iij.	

Terantur & cribellentur, & cōficiantur cum  
rob vel iuleb. s. e. Mihi eēdem esse ferē viden-  
tur : in solo pondere differunt. Sed ubi sunt  
apud hunc authoren? b. r. In suo Antidota-  
rio : tamē non vocat illas pilulas de agarico,  
sed pilulas abstergentes pectus: imō post hāc  
compositionem quandam habet, quam pilu-  
las de agarico nuncupat, quæ ab hac prædi-  
cta multū differt. s. e. Ne quicquā præter-  
mittamus, refer pilulas istas Serapionis de  
Agarico nuncupatas. b. r. Libenter id faciam.  
In primis verò tescire velim, ad obstructio-  
nes aperiendas à Serapione dari ex camela-  
rum lacte, & hydropē soluere, ac iecori val-  
de conferre.

## Recipe Epithymi

Aloes	} ana	3.	vj.
Agarici			iiiij.
Scammonii			
Petrofelinii			
Anisi			

Seseleos	} ana	3.	ij.
Seminis apii			
Dauci			

Non exprimit deinde Serapio ex quo liquore conficiendæ sint. s e. Nihil habent cum nostris de Agarico pilulis. b r. a. Saltem parum habent. Nunc ad illas, quæ in communī usū sunt, redeamus, quæ ratione simplicium ingredientium, omnes humores educere aptæ sunt, potissimum verò biliosos & pituitosos. Omnia in puluerem redigenda sunt, deinde in mortariolo sapæ miscenda, & adeò commiscenda, ut corpus unum fiat neque molle neque durum. Ratione sapæ, quæ non nihil habet glutinosi, diutius perdurare possunt, quam illæ, quæ vel ex vino, vel aqua, vel succo aliquo conformantur.      S E N E X.

Pilulae au-  
reæ.

**H**ic Aureæ pilulae sedem suā natūrā sunt. b r. In omni pilularū genere nullæ sūt quæ tormina minus inducant, & naturā minus lacescant istis: quanvis sint in educendo vehementes, imò aliis multis vehementiores. Earum verò compositio in medium affatur. s b n. Hæc est, quæ sequitur, ex Nicolao accepta:

Recipe Aloes	} ana	3.	v.
Diagridii			
Rosarum			
Seminis	} ana	3.ij.	β.

Anis

Anisorum	} ana 3. j. β.
Seminis sceniculi	
Croci	} ana 3. j.
Interioris colocynthidis	
Mastiche	

Informetur in moduni ciceris cum aqua infusionis tragacanthi: dentur in sero noue vel vndeclim, cum mulsa aut cum vino. Nos autem hoc pondus non sequimur, sed drachmā vnam damus, vel scrupulos duos, & tres pilulas cōficiamus, vel quinque, vel vnam, vel duas ut sumentibus placet: non enim de numero pari vel in pari curamis, modo res ipsa ex integrō pondere sumatur. B R A S. Et quae cura adhibenda est numero, cum nec lupus numerum curet: tamen quanto pauciores sunt, tanto diutius cōmorantur in vetriculo: quia plures ex una drachma facilius lignescunt, quam una sola. sunt ad vnguem moderata catapotia, quibus lubentissimè vtor, cum à capite materias crassas, & etiā tenues, biliosas atque pituitosas educere volo: omnibus conueniunt sensibus, & potissimum visui: ecori conferunt ac ventriculo, & flatus mirè expellunt. nulla est apud recentes (ex magnis) tutior compositio ista: nam & si diagridū recipiat & interiorem colocynthidis partem, ab aliis tamen sex rebus moderatetur, & aloe ipsa ventriculo conducit, & vim fortium medi-

camentorum reprimit. Venetiis nōnulli has pilulas seruant Nicolai more factas , nec totius compositionis globum conficiunt: quod fortē malum nō est, quia tragicanthū etiam in tam parua massa totius cōpositionis vim seruare potest.s.e.Quid intelligis per interiōrem colocynthidis partem? b.R. Miror cur in hoc dubites. s.e. Non est mirandum, quoniam nonnulli & semina & interiore pulpa intelligunt. b.R. Sola pulpa & caro huius sylvestris cucurbitæ accipienda est, quanvis & semina ipsa educant. Apud antiquos enim cūm de interiori colocynthidis parte sermo fit, pulpa semper intelligunt: imò & ipse Mesue in trochiscis Alādaal,colocynthim semi-nibus purgandam esse iubet.s.e. Et ego eram huius sententiæ, neq; vnquam in tali compositione recepi semina.b.R. Rectè fecisti.s.e.Hoc etiā silentio prætereundū non est, nonnullos pharmacopolas pro aureis nuncupatis pilulis, eas, quas de turbith vocat Mesue, paratas habere, & quas recentes turbithatas nuncupant, & aureæ Mesuae dicuntur.b.R. Errant mīrū: verū ne compositionem istam prætereamus, eam referas.s.e.n.Hæc est:

Recipe Turbith boni	3.	xvj.
Aloes	3.	j. β.
Masticæ		
Rosarum	3.	vij.
	3.	
	Myrob	

Myrobalanorum citrinorum 3. x.

Croci 3. iij.

Confice cum succo absinthii. B R A S A. Et hæ quoq; pilulæ vehementes sunt & minus correcte veris Nicolai Aureis: nam termina inducunt, quæ ob turbith solam cōtingere putamus, cum reliqua simplicia potentiam habent reprimendi vim fortium medicamentorum. s E. Ad Aureas Nicolai redeuntes, in ipsis vnum addo, quod & à multis additur pharmacopolis, quāuis à Nicolao dictū non sit. B R. Quid hoc est? s E. Addo duplū scammonii. B R. Cur id facis? s E. Ut vehementius educant, alioqui sunt imbecillioris potentie. B R. Hoc absurdum videtur, & à nemine sani capit is faciendum: nam potius augendū est pondus totius cōpositionis: & si non es contentus integrā drachma, scrupulos quatuor exhibe, aut quinque si opus est: puto etiam omnes pharmacopolas non augere scammonium, ut tu facis. s E. Maior pars auget. B R. A. Hæc est causa, cur quandoque vehementer educant, quandoque ineptius, ut à diuersis pharmacopolis accipiuntur. Suaderem verò omnes pharmacopolas Nicolai compositionem prēcisare, & nihil augere: nā drachma ex illis egregiè educit. Notaque has pilulas diu perdurare, & eandem virtutem servare, quia ex decoctione vel infusione tra-

gacanthi conficiuntur, quæ glutinosa est, & apta vim simplicium eas ingredientium dissernare. Ita verò fieri debent: omnia in puluerem redigantur, & optimè commisceantur, & in vnum globum coaceruentur. *s e n.* Tamen ratione tragacanthi durissimæ efficiuntur, & ferè lapideæ. *B R A s.* Id verum est: sed cùm statim humilitatem sentiunt, liquefcunt. Idemque in ventriculo faciunt, & ob tragacanthi lentorem, simplicium vis seruat: quod aquæ facere non possunt, vel succi. Tamen à pharniacopolis impræsentiarum maior pars pilularum ex melle rosato conficitur, quod ut in omnibus non probo, ita nō improbo. Hæc compositio ratione aloes bileni educit, & pituitam: ratione diagridii bilem, & hoc facit à remotis partibus, vnde & à capite educunt, atque iuncturis. *s n.* Ab aliis igitur membris, quām à capite educere possunt? *B R A.* Quis ambigit? ventriculum purgant, & bilē ab omni corporis partetam superna quām inferna educunt. Renes, & iecur expurgant, ac obstructos aperiant: & si qui frigidū humores in ventriculo scotodiniā fecerint, eos educunt, & hominem à tali affectione liberant: coctionem adiuuant, frigidos humores expellentes, qui illam impediabant, & ventriculum vñā calefaciunt. *Colocynthis* pituitam educit, & glutinosos hum

humores, quos à remotis partibus trahit. Rosæ etiam humores aquosos educunt, & reprimunt vim fortium medicamentorum. Anisum, fœniculi, crocus; mastiche corporis membra roborant, vimque demunt fortioribus medicamentis: & anisum ac fœniculi fatus excluunt atque expellunt. Nihil in ipsis adest, quod propriè atram bilem reprimat vel educat. s. e. Cur dicūt has pilulas potius à capite educere, quām ab aliis partibus? b. r. In iò & ab aliis partibus educunt, ratione colocynthidis & diagridii: tamen facilius est à capite educere, quām ab aliis partibus à iecore & ventriculo remotioribus, & hoc est ob situm: nam materiæ facilius descendunt, & medicamentorum vapores facilius ascendunt. s. e. Cur hæ potius vesperi dantur cum mulsa, aut cum vino? b. r. a. Supponit hic author, quòd propriè purgent caput: illa verò medicamenta, quæ caput purgant, solēt post cœnam à recentibus exhiberi, ut medicamentorum vis à vaporibus ciborum in caput deferatur: nihil verò est quod magis petat caput, vino, vel rara sunt: propterea cum vino exhibit, vel cum mulsa, quia & ipsa aliquo modo vaporosa est. tamen & illa, quæ pro capite dantur, iejuno atque vacuo stomacho dari possunt: nobis enim magis placet, ut summo mane accipiātur, & is, qui accipit,

vnius horæ spatio dormiat, adeò ut in actum redigantur. Nos his pilulis utimur pro medi camero quandoq; in materia turgida, & mire conferunt: nihilq; refert, vel ex vino accipiantur, vel ex mulsa, vel simpliciter trāsglūtiantur. hoc autē tertio modo diutius in ventriculo morantur, quām si liquidæ rei miste sint, cum ex liquore facilis & breuius à ventriculo auferantur. In summa verò hæc cata potia sunt valde utilia & excellētia, quibus si nō nihil addatur quod vim habeat educendi atram bilē, ad omnes humores, & ad omnia corporis membra erunt & aptissima & facillima.

SENEX.

*Pilulae Co-  
chiae.*

Pilulae Cochiae huc veniunt considerādæ, b r. In his pilulis obseruauit longè diuersos esse pharmacopolas. s e. Propter quid diuersos? & in qua re? b r. Et in pondere, & in ipsis simplicibus. s e. Ego semper compositionem illam paraui, quæ apud Rhasim est in vij. ad Almansorem, ubi de hemicranæ agit, atque cephalea. b r. a. Quænam est hæc compositio? Nunc referam:

Recipe Pulueris picræ 3.

x.

Colocynthidis 3. iij. & tertiam.

Scammonii 3. ij. β.

Turbith

Stœchados } ana 3. v.

Misce, & fiant pilulae ex his, & sint doses decem

cem. B R A. Ex his non habetur ex quo liquore, vel ex quo eclegmate conficiantur. s e n. Quia hoc non magnificat. B R. Id etiam valde obscurum mihi videtur, & sint doses decem. s e. Hoc ita intelligo, conficienda esse catapotia in modum ciceris, & dosim esse decem. B R A. Puto decem in pōdere esse drachmam vnam, vel etiam excedere: de his verō catapotis, nunquam excedere drachmam. Tamen scito, & horum catapotiorum genus esse valde incorrectum, & tormina in toto inferiori ventre progignere: propterea eo raro vel nunquā vtor: sed omnes Ferrariæ hanc compositionem non sequuntur. nam multi Nicolai compositionem conficiunt. s e. Nos semper hanc paratam seruauimus. illa verō Nicolai quænam est? B R. Hæc, quam dicit esse Galeni compositionem, & probatam ad hemicraniam, dolorem stomachi, & ilii.

Recipe Aloes

Absinthii  
Pulpæ colocynthidis  
Scammonii } æquale pondus.

Masticæ dimidium vnius predictorum.  
Cōfice cum succo fæniculi, vel absinthii, vel solatri, & fac pilulas. dentur secundum quantitatem virtutis. Hoc mirum videtur dicere, fæniculi, absinthii, vel solatri: nam hoc est ac si dictum sit conficere cum calida re, vel cum

frigida: sed simpliciter vel frigidam accipere  
debuisset, vt calida simplicia quodam modo  
temperaret: vel sola calida numerare debui-  
set, vt ventriculus ex ipsis roboraretur. Hac  
est illa coquiarum compositio, quam multi  
parant ex Nicolao: quanvis alii Nicolaū re-  
ferant, tamen diuersam compositionem in  
pondere sequuntur. s.e. Quam? B.R. Hanc quo  
sequitur:

## Recipe Aloes

Scammonii præparati	ana	3.	i.
Absinthii			
Masticæ			
Colocynthidis		3.	β.

Conficiantur cum succo absinthii. s. e. Videntur etiam differre in simplicibus, & non in solo pondere. nempe hieram non accipiunt, neque turbith. B R A. Mesue ipse in eo capite in quo agit de soda frigida, descriptionem quandam habere videtur pilularū, quas ipse cochias vocari dicit, à Mahumeth filio Zchariae : sed à Mesue eodem loco vnum dicitur, quod non parūm absurdum videtur, scilicet ipsas esse in virtute hieræ, & hieræ nobilitatem habere. Verū illis consideratis, neque virtutem hieræ, neque nobilitatem habent: intelligo semper cum simpliciter ab his authoribus hiera dicitur, illam simplicē vulgarē Galeni hierā. equidem dici posset habe-

re virtutem hieræ , id est, sacri medicamenti ad euacuandas materias, quæ in capite sunt: cōstat verò esse vehementissimas pilulas, & parū correctas, quæ tormina pariūt. s E N. In quo differt hæc cōpositio ab illa Rhasis, quā nos paratā seruamus? BR. In pondere , vt per-  
cipio. etenim hæc est Mesuæ compositio:

Recipe Pulueris hieræ	3.	xx.
Interioris colocynthidis	3	vj.
In alio codice habetur,		
Trochisorum alandaal	3.	vij.
Scammonii cocti in cydonio	3.	v.
Stœchados	}ana	3. x.
Turbith		

Fiant pilulæ, quarum dosis sit à 3.ij. vsque ad 3.ij. β. s B. Hæc dosis est nimis ampla. BR. Imo & quæ præter tormina , alui profluuium in-  
ducere posset. drachma sola satis est. hæ pilu  
læ sunt nimis vehementes , & non correctæ:  
nam sola hiera & stœchas tanta non sunt , vt  
colocynthidis, scammonii & turbith vim cō  
fringere possint. nec refert quod trochisci a-  
landaal colocynthidis loco accipientur , &  
scamoniū in cydonio decoctū sit: quoniam ad-  
huc vis quædā venenosa in ipsis seruatur , &  
nihil adest qđ turbith medicamento sam vim  
reprimat. In illis idē intelligo quas ex 9. Rha  
sis ad Almāforē adduxisti: nam & illæ tormi  
na faciunt , atq; peruersiōnē. Nō deest apud  
eundem

eundem Mesue alia compositio, cùm agit de  
foda frigida ex aggregatiōe cholerae & phle-  
gmatis, quam Galeno attribuit: & eadem est  
cum illa Nicolai, in mastiches pōdere solūm  
differēs, quia Nicolaus ponit dimidium, Me-  
sue æquale pondus. Ita enim dicit Mesue: Ga-  
leni confectio pilularum coquiarum confe-  
rentium fodæ permisæ, & mundificantium  
stomachum, & caput, & instrumenta visus.

Recipe Aloes

Scammonii cocti in cydonio

Interioris colocynthidis

Mastiches

Absinthii

} an. partes  
æquales.

Confice cum expressione solatri, vel endi-  
uię. dosis earū est à 3.j. vsque ad 3.j. β. se. Cùm  
apud te correctæ nō sint, possunt ne corrigi?  
BR. Et quis ambigit? s.e. Quomodo? B.R. Gū-  
mi genera addentes, zingiber, rosas, & illa,  
quæ reprimunt vim fortium medicamento-  
rum. s.e. Nisi graue tibi sit, hanc compositio-  
nē, vt tibi videtur, moderatam in ordinē di-  
spone. B.R. Hunc labore non recuso. Cū verò  
maior pharmacopolarum pars Rhafis co-  
chias paratas seruent, illas in ordinem dispo-  
nemus, atque emendabimus. Illas igitur in  
hunc modum conficiendas voluerim:

Recipe Pulueris hieræ picræ

3. x.

Colocynthidis

3 ij. β.

Scam

Scammonii	3.	ij.	β.
Turbith	3.		β.
Bdellii			
Stœchados			
Masticæ			
Dauci			
Galangæ	ana	3.	j.
Seminis fœniculi			
Zingiberis			
Gummi Arabici			

Misce, & ex melle rosato conformetur globus, ex quo deinde confiantur pilulæ, quorum dosis est à 3. j. vsque ad 3. iiiij. s e n. Puntasne à capite educere, si ita cōfectæ sint: b r. Quidni? nā à longinquierib[us] corporis partibus trahunt colocynthis, scammonium, & turbith. s e. Vbi reperiuntur compositiones istæ & Nicolai & Mesuæ apud Galenū: b r. a. Adde & Serapionem pilulas quasdam cochias referre ex Galeno. s e. Qualesnam? b r. Illas Mesuæ, vt video. nam dicit: pilulæ Galeni, quæ nominantur cochiae.

Recipe Colocynthidis		
Masticæ		
Aloes	ana partes æ.	
Absinthii, vel eius succi	quales.	
Scammonii		
Confice cum aqua solatri. dosis est 3. j. s e. Ne cessarium igitur est, vt ex aliquo Galeni lib.		accep

acceptæ sint. b. r. Nunquā apud Gal. de his pilulis factā mentionem inuenire potuimus. forte hi authores librū aliquem Galeno adscriptum habuere, è quo hæc cōpositio accepta est: sicuti impræsentiarū libellus quidā circū fertur inscriptus, Galeni receptariū: cum tamē Galenī nō sit: imò cōplures vanissimas cōpositiones cōtinet. se. Unde nomē sortitæ sunt hæcochiae pilulæ: b. r. a. Recentiores inquiunt à coccus dici, quod Græcè significat caput, quoniā caput mirificè expurgant: sed vnde hoc acceperint, ignoramus. nā coccus apud Græcos, & coccum significat, & granum. Ita fortè dictæ sunt, quia in granorum ciceris modum conformari debent. Vel per excellentiam dicuntur cocciæ, quasi pilulæ, quia Græci vocant pilulas *narratorias*, & *nennias*: tunc verò per duplex cc scribendæ sunt, & absq; aspiratione. Scito autem hanc compositionem hieram picram recipere, quæ pituitam & bilem educit, sed à propinquis partibus: colocynthidé verò recipit, quæ & pituitā & crassos humores, ac glutinosos à remotis partibus conuehit, & scammoniū bilēflauam. Tarbith verò à remotis partibus crassos etiam humores ducit, atq; pituitosas: stercchas tantūmodo additur ex his, quæ vim habent fortiorib[us] medicamētis frēna imponeat: tamē & atram bilem, ac pituitā cōmouere atque

atq; educere creditur. Nos rarissimè his cata  
potiis utimur : & deinceps nunquā utar, nisi  
præscripto modo paratas seruaueris. s E. Au-  
diui nō nullos, qui palam profitebātur, hanc  
Rhasis cōpositionē à Gal. fonte emanasse. BR.  
Lōgē decipiuntur , cūm quia apud Galenum  
nusquam reperiatur, tum quia Galenus nō no-  
uit turbith, saltem solo hoc ipso nomine. De  
his verò satis dicta sint. S E N E X .

**A**gregatiuæ pilulae amplius differri nō *Pilule Ag-*  
possunt, sed huc cito pede currunt. B R. *gregatiue.*  
Cūm plures sint aggregatarū pilularū cō-  
positiones, id primō abs te petere decreui-  
mus, vt illam dicas quam sequeris , & paratā  
seruas. S E N E X . Tres sunt apud Mesuen sub  
hoc nomine aggregatiuum, compositiones,  
quarum vna dicitur pilulae aggregatiuæ ex  
inuentione nostra. hanc seruo paratam. Ma-  
iores verò & minores nuncupate aggregati-  
uæ, in usu non sunt. B R. A. Imò non pauci phar-  
macopolæ & Ferrarie, & Venetiis, & Romæ,  
& Neapoli maioribus aggregatiuis vtun-  
tar, & paratas seruant. S E N E X . Tu verò quas cæ-  
teris præfers? B R. A. S A V O L. Maiores non de-  
spicio, sed ipsissillas præfero, quæ ex inuen-  
tione Mesuæ dicuntur, & quas tu parare con-  
sueuisti: nam humores omnes prauosedu-  
cūt, & antiquis febribus conferūt, & his, quæ  
ex diuersis humoribus progignuntur, omni-  
bus

bus capit is ægritudinibus, ventriculi, iecoris,  
 & in summa omnium membrorum condu-  
 cunt, ut hinc meritò aggregatiuarum nomé  
 sortitæ sint: tum quia vniuersusq; generis  
 prauos humores educut, tum quia ab omni-  
 bus membris, tum quia omni ægritudini co-  
 ferunt. Plerunq; ad nos rustici accedunt pro-  
 suis ægris medicamenta purgantia expeten-  
 tes: tamen adeò ignari sunt, vt nec morbum,  
 ne symptomata vnum referre sciāt, vt opus sit  
 medicum vaticinari. In hoc casu plerunq; in-  
 dico ut has pilulas accipiant: nempe omnia  
 ægritudini conueniunt, ab omni membro edu-  
 cunt, & cuiusvis generis prauos humores. Tu  
 verò earum compositionem in ordinem re-  
 feras. SE N. Id labenter efficiam:

Recipe Myrobalanorum		ana 3.	iij.
citrinorum			
Raned sceni			
Succicupatorii			
Succi absinthii		ana 3.	iij.
Scammonii cocti in cydonio		3.	v.
Chebulorum			
Indorum			
Agarici		ana 3.	iij.
Colocynthidis			
Polypodii			
Turbith			
Aloes		ana 3.	vj.
			Masti

Masticus	ana	3.	j.
Rosarum			
Salis gemmæ			
Epithymi			
Anisorum			
Zingiberis			

Electuarii rosarum quantum sufficit ad aggregationem. Fiant pilulæ crassæ. dosis est 3. j. vel 3. j. s. BR. Hæc catapotia multis nobilitate præferuntur, & optimè emendata sunt: nam absque difficultate educunt, & absque tormentibus: si ea considerare tentes, simplicita recipiūt, quæ omne genus humoris educere possunt, & ab omni corporis parte, tam longinqua, quam proxima: nullumq; recipit simplex catharticum, cui illa, quæ suavim corrigit, non addantur. Nota verò succos illos, qui cōpositionē ingrediūt, esse integrè ex-coquēdos, & depurādos: alioqui cōpositionē citò mucidā redderēt, imò ocyssimè, nisi esset electuarī rosatum. SE. Si hyeme compositiōnem istam parare voluerim, de succis quomodo efficiam? BRASIA. Absinthii succus & in profunda hyeme haberi potest. si autem succum illum integrè absinthii ætatis habere studeas, qui in mense Maii exprimi potest, eo tempore absinthium tere, & in torculari exprime per linteum: itaq; expressum serua, ali ter non depurando. Seruandi verò modus

est, succum in vesicam condere, & Soli expōnere: nam si depurare volueris, vt solae tenues partes & aquæ permaneant, à solari bus radiis aquositas illa tenuis dissolueretur, & euane sceret, quod contingere non potest, si crassum simul & tenuem mittit. Et si tibi vesica non placuerit, serua in phiala, vel in vitro vase: tamen & hic succus excoqui posset, & depurari, & ita seruauit. At si copiam harum pilularum in mense Maio parare ten tes, quæ totæ officinæ per annuni satis sit, recentes succos bene depura, ne confectus globus mucidus fiat. Ita verò compositio deducenda est: omnia prius in puluerem redigenda sunt, quibus datum est in puluerē redigi, & in puluerem tenuissimum, idq; effeceris & in colocynthide & in turbith: deinde omnia cum succis bene commisce. denique cùm ex succis omnia in vnum corpus redigi nō possint, adde electuarium rosatū, ex quo & pulueribus, ac succis globum cōficto, quem ad usus seruare oportet. se. Nō nulli sunt, qui has pilulas cōformāt ex electuario de succo rosarum, aliis ex melle rosato. B.R. Hi omnes errāt, sed illi minus, qui ex electuario de succo rosarum conficiunt. Etenim alias à nobis dictū est, quando in compositis Mesuæ medicamentis aliqua compositio recipitur, quæ diuerso modo ab authoribus fiat, semper illa

accipi debet, quæ à Mesue edocetur. Vnde & huius generis pilulæ ex electuario rosato Me suæ confici debent. s. n. Nonne intelligis per electuarium rosatum Mesuæ id, quod ab eodem authore ita conficitur?

**R.** Succi roscarum rub. completarum lib. iiiij. Electuarium  
Zucchari taberzet lib j. β. rosatum..

Tereniabim puri & recentis ʒ. vj.

Scammonii Antiocheni ʒ. j. β.

Coquantur omnia cum facilitate super igne,  
qui sit sicut candelæ, quousque habeat spissitudinem mellis: deinde eiice super illud,

Trochisorum despodio ʒ. j.

Gallæ } ana 3. ij.

Croci } Croci 3. ij.

Trochisorum de berberis 3. iiii.

Repone in vas vitreum. b. r. a. Hoc intelligo.  
s. n. Semper in mea officina habui has pilulas ex hoc electuario confectas. b. r. Et id co-  
uenit: nescimusq; ob quam causam alii phar-  
macopolæ rem aliam accipient, quam à Me-  
sue dictum sit. s. n. Arbitror causam esse a-  
varitiam ipsam, quando ob impensam mo-  
schatam gallā parare nolunt. b. r. Quid hoc  
ad eos: ægri iuste persoluant medicamenta,  
ipsaque sint perfectè concinnata, & nihil in  
ipsis desit. In his igitur pilulis electuarium rosa-  
tum Mesuæ accipiatur, & nō illud Nicolai, sicut  
que talis generis, ut diu perdurare possint.

nam electuariū rosatum recipiunt, quod diū  
perdurare potest: nam glutinosum quodam  
modo est, & vim simpliciū in puluerē redi-  
ctorum seruare potest. Ferrariæ igitur maior  
pharmacopolarū pars has ex Mesuæ inuen-  
tione cōficit. Tamen aliqui, & multò plures  
in aliis Italiaæ vrribus maiores conficiunt, &  
potissimum Alexādriæ Lōgobardie: imò plu-  
res medici maiores probarunt, cuius descri-  
ptio est hæc apud Mesuen:

## Recipe Bdellii

Myrobalanorum citrinorum } ana 3. iiiij.  
Embllicorum

Turbith	3.	xiiij.
Seminis apii		
Fœniculi		
Anisi		
Carui		
Ameos		
Origani		
Rofarum	ana	3.
Sceitaragi Indi		
Harmel		
Hermodactylorum		
Salis Indi		
Masticæ		
Ammoniaci		
Cinamomi		
Cardamomi	ana	3. f.

A cor

Acori			
Spicæ	ana	3.	β.
Croci			
Casiæ			
Serapini		3.	iiij.
Colocynthidis	3. iij.	arbitror legendū	3. iij.
Penidiorum alborum	3.		iiij.
Aloes	3.		xv.

Confice cum succo cauliū , & vnge manus tuas cum oleo sambucino . s.e. Ob quid inungunt manus ex hoc oleo sambucino ? b R. Huius rei certa ratio non habetur. Ex hoc oleo fortè inungunt , quia & ipsum vim habet educendi per inferna . s.e. Videtur & hæc optima esse compositio . b R A. Neque illam despiciimus: veruntamen præscripta longè efficacior est, quam Mesue inuenit , & potius iure ipso cōpositio aggregatiua nuncupanda est, quām ista: nempe plures humores evacuat, & plura simplicia exoluētia recipit : imò in ista nihil adeit, quod bilem simpliciter educat, sicut in illa Mesuē scāmonium. In hac etiā maiorum cōpositione solū adsunt nigri myrobalani, qui atrā bilē educere valēt : in illa autē Mesuē cōpositione recipiūtur polypodiū & epithymus. nec ad omnes egritudines cōuenire possunt maiores: imò & ipse Mesue inquit, hanc compositionem ad humores crassos conuenire & glutinosos , & inflationem

in mirach, & stomacho: & hæmorrhoidas  
soluant, & valent ad dolorem iuncturatum,  
& ischiam, & tholeram, & podagram ex  
phlegmate. Vnde liquidò vides maiores ag-  
gregatiuas crassos humores potius educere,  
quam tenues. propterea morbis conueniunt  
ex crassis humoribus potius, quam ex tenui-  
bus, quam recipiant aloen. Verum illæ, quæ  
sunt ex inuentione Mesuæ, omnia humorum  
genera educunt. S E N. Videntur multò plura  
simplicia ingredi has maiores, quam illas Me-  
suæ. B R A. Quid hoc ad rem facit? nam simpli-  
cium multitudo cōpositionem aliquam po-  
tiorem non facit. Præterea aggregatiuæ ma-  
iores recipiunt xxvii. simplicia, & illæ Me-  
suæ decem & octo, postea recipiunt electua-  
rium rosatum, quod ex nouem simplicibus  
conficitur, inter quæ adest galla moschata,  
quæ & ipsa multa recipit, & trochisci de spo-  
dio, & trochisci de berberis. Vnde si ex simpli-  
cium numero compositiones probare volue-  
rimus, multò plura sunt in aggregatiuis Me-  
suæ simplicia, quam in maioribus. Non est  
simplicium numerus, qui pejorē vel ineptio-  
rem faciat compositionem: sed est perfecta  
compositio, & per componendi regulas aptè  
disposita, & quæ cathartica recipiat benemo-  
derata, qualis est illa Mesuæ compositio præ-  
scripta. S E N. Pauca est electuarii rosati quan-  
titas,

titas, quæ has pilulas ingreditur. B R A. Quo-  
modo pauca? nunquam fiunt, quin huius cō-  
positionis quatuor vncias ferē recipiant. Ta-  
men quia medicorū opiniones, imò quorū=  
dam cervicofitates adeò in eorū animis fixæ  
sunt, vt etiā lī edoceātur, addiscere nolint: pro  
pterea qui maiores aggregatiuas absq; ratio-  
ne magis probant, magis probent, eis vtātur,  
& tali gaudeant compositione: verū cūm  
ex succo caulium conficiantur, diu perdura-  
re non possunt. Nam simplicium vis non ser-  
uatur, quanvis penidia ingrediantur. nam to-  
tius compositionis respectu in modica sunt  
quātitate, nempe quatuor drachmæ: imò nisi  
caulis succus bene coquatur & depuretur, ci-  
tō mucescent. s e n. In hac tamen compositio-  
ne multa sunt, quæ discussione indigere vi-  
dentur. B R A. Quæ nam hæc? s e n. Primum  
est inquirere quid sit Sataragi. B R. Hoc no-  
men vario modo scriptum inuenimus: quan-  
doque Sataragi, alias Sceitaragi, nōnunquam *Sataragi*.  
*Setoragi*. tamen eadem herba semper intelli *Sceitaragi*.  
gitur. s e n. Quo nomine vti debemus? B R A. *Setoragi*.  
In his barbaris nominibus semper vtor ma-  
gis barbaro, & quod vehementiorem clango-  
rem excitare videtur. Ad rem ipsam redeun-  
tes, si Dioscoridis lepidion contempleremus,  
constabit statim esse Arabū *Sceitaragi*. nam  
Serapio de *Sceitaragi* agens, *Dioscoridem*

ita dicentem citat: est planta nota, & administratur cum aqua, lacte, & sale, & virtus foliorum eius est calida, ulcerativa, & propter hoc fit emplastrum cum eis schiaticæ, & pungit multum quando teritur, & miscetur cum radice enulæ, & dimittitur super locum spatio vnius horæ: & similiter ponitur super sphenem, & linitur scabies ulcerosa cum ea, & auffert eam, & delet maculas vnguium, & confert baras, & dolori schiæ. Et quidam putaverunt, quod radix sceitaragi suspèdatur in collo habentis dolorem dentium, & sedat illum. hæc Serapio. Dioscoridi modò aurem praefsta, qui ita de lepidio verba facit: Lepidion, quod nonnulli Gingidium vocant, perspicua omnibus plantula est, coniectum in murias lactis inueteratur: foliorum natura exulceratrix & aspera est. Propter hoc ischiadicis illinuntur mirabili effectu, trita cum radice enulæ, impositaque ita uti post quartam horæ partem soluantur. Pariter & ad spleneticos adhibetur, lepras emendat eadem: radix dentium dolorei adalligata collo competit. Id igitur, quod Serapio de sceitaragi dixit, id est cum his, que à Dioscoride de lepidio scripta sunt, constat: tamen spatio quaratæ horæ partis applicat Dioscorides, & Serapio integræ horæ. Adducit & Serapio Galenū de sceitaragi: tamen à Galeno illa dicuntur

*Gingidiū.*

tur in lepidio, quę Serapio dicit. inquit enim: Virtus eius, & sapor & odor sunt similia virtuti, savori & odori nasturtii, nisi quia est minus desiccatum ipso, & calefacit in quarto gradu. Galenus verò de lepidio in septimo de simplicium medicamentorum facultatibus libro ita differit, Lepidion ex quarto est ordine calefacentium, simile nasturtio, tum odo-re, tum gustu, tum viribus, sed minus eo de-siccatur. Ex his igitur facile sumi potest Arabi-um sceitaragi esse lepidion Græcorum. s. Hoc equidem constat, si Serapionem contem-plemur. At si Auicennam in secundo canone legamus, ubi inquit, sceitaragi est frusta ligni parua, subtilia, & cortices sicuti caryophylli: alia res apud ipsum esse videtur, quam lepi-dion. s. R. A. Auicenna equidem nescio quid aliud in principio illius capitis velle videtur: mox in proceſſu in Dioscoridis lepidion at-que Græcorum incidit. Tu considera quibus proficiat secundū Auicennam, in quo tamen complura corrigenda sunt: nam cùm dicit, Assimilatur enim eius sapor & odor cordu-men, & similiter virtus eius. lege, vt facit Ga-lenus, nasturtio, & non cardumeni, vel carda-mo. Et quod legitur apud Auicennam: su-penditur eius radix super aurem eius, qui ha-bet dolorem vesicæ. lege, vt Dioscorides: su-penditur eius radix collo eius, qui habet do-

lorem dentium. **S E N.** Optarim scire quid sit  
**Lepidion.** hoc Lepidion re, & non nomine: nam id est  
 apud me audire lepidio & sceitaragi, nisi her-  
 bam ipsam ad oculum nouerim. **B R A.** Et ego  
 illam tibi ostenderem curabo. verum eamus ad  
 diuae Claræ religiosas, quas corporis Christi  
 forores vocat. **s s.** Forte lepidion religiosum  
 est. **B R A.** Non quidem religiosum, sed in re-  
 ligiosarum viridario nascens. Multi putarunt  
 herbam, quæ vulgo raphanus dicitur, lepidion  
 esse, & inter alios Hermolaus Barbarus. Verum  
 (ut arbitror) decipiuntur: nam lepidion lau-

**Raphanus.** ri foliis describitur, Raphanus vero ruminis  
 folia potius habet. **S E N.** Si lepidion sit Ara-  
 bum sceitaragi, Auicenna sceitaragi folia si-  
 milia facit nauturatio. Quomodo igitur lauri  
 folia habebit? **B R A.** Inconstantissimus est &  
 confusissimus in eo capite Auicenna: nam de  
 quatuor rebus simul agit. **S E N.** Quoniam mo-  
 do hoc fieri potuit? **B R A.** Quomodo factum  
 sit, ignoramus: ita vero secisse constat. nam  
 primò de sceitaragi Indooverba facit, quod est  
 (ut inquit) frusta ligni parua, subtilia, & cor-  
 tices sicuti caryophylli. Et de hoc forte ista  
 Meliæ compositio intelligit, quoniam dicit  
 sceitaragi Indi. Secundò de fructu quodam  
 agit, quod inquit declinare ad rubedinem &  
 nigredinem. Tertiò de duabus herbis simul  
 loquitur, de una quam exprimit & describit,  
 inqui

inquiens oriri in parietibus antiquis , & ubi  
non mingitur,& habet folia sicuti sunt folia  
nasturtii.Deinde est valde cōfusus : nā ipsum  
etiam comparat foliis cordumeni, vel melius  
cardani. Denique huius herbae vires profe-  
quens,lepidii Dioscoridis vires affert:vt hinc  
videre possis quanta sit in uno capite apud  
Auicennā authorem cōfusio,quām ab ipsis  
libratis factam esse censerī potest,qui in or-  
dinem capitū posuerunt, & illa quæ erāt tan-  
quam glossemata, & illa quæ erant in margi-  
ne ad illum locum etiam non spectantia. s e.  
Quid igitur illud est , quod habet folia na-  
sturtii ? B R A. Hiberis Dioscoridis, de qua & Hiberis.  
ipse ita dicit:Hiberis siue cardamātice( quan- Cardaman  
uis nonnulli non *καρδαμωνιον*, sed *καρδωνιτις*.  
*μίνη* legendum censuerint, à quibus non dis-  
sentio,etsi in omnibus Grēcis codicibus *καρ*  
*δωνιτις* legatur , de qua realiās) folium  
habet nasturtii , floret semper , sed Vere ma-  
gis,amplitudine sesquipedis,aut etiam mino-  
re : nascitur locis incultis,lacteum florē cesta-  
refundit, quo tempore efficacior quoque ha-  
betur. Confundit igitur hoc loco Auicenna  
hiberim cum lepidio. & Dioscorides sua lin-  
gua illud nō habet in hiberide,floret semper:  
sed habet *σύνθετης*.Ita verò ab Hermolao  
vertitur, qui ex Plinio accepit lib. x x v. cap.  
viii. vt ferè semper facit. s e n. Ad lepidion  
redeun

redeuntes quomodo à Dioscoride pingitur?  
 B R A . Dioscorides lepidion non pingit , sed  
 notam herbam esse dicit. s e . Mihi vero igno-  
 tissima est . s R . Non erit semper ignota . nam  
 à Paulo & Plinio describitur . s b . Nos Paulū  
 legimus septimo lib . tamen nec ipse describit.  
 B R . Id incidenter facit 111 . lib . cap . xxvii .  
 cùm de coxendicis affectibus & curationibus  
 loquitur . nec differentiam facere videtur , ni-  
 si quo ad nomen inter hiberidem , lepidion ,  
 & agriocardamon : neque Galenus differen-  
 tiā facere videtur inter lepidion & hiberi-  
 dem : nisi velint hiberim etiam esse nomen le-  
 pidii : tamen hiberim Dioscoridis esse aliam  
 herbam , de qua nullam mentionem fecerit  
 Galenus , Paulus & Aetius . s E N . Intueamur  
 igitur lepidii effigiem . s R . De lepidio ita dis-  
 serit Paulus , Quæ vero apud nos nascitur , fru-  
 ticosa est , folia lauri coniparia , & multò ma-  
 iora possidens . Hæc Paulus . Plinius vero lib .  
 xix . cap . viii . prope finem , inquit exire in  
 cubitalem altitudinem , foliis laurinis , sed mol-  
 libus . vt accipere possis Paulum dicere maio-  
 ribus , Plinium molibus : vtrunq; verum est .  
 Propterea si coniungantur , dici poterit ma-  
 ioribus & molibus : tamen non sunt adeò mol-  
 lia dum veterascunt . s E N . Nondum herbam  
 ipsam visu noui . B R A . En harum religiosa-  
 rum claustra ingrediar , & ad te afferam : nam  
 ipse

ipsæ ex hac herba optimos intinctus parare  
solent. *S E N.* Possūmne ego ingredi? *B R A.* Nō  
licet. *s e n.* Si tu, qui vigensætate es, ingredo-  
ris, cur ego, qui senio iam confectus sum, in-  
gredi non possum? *B R A.* Aetas ipsa hæc clau-  
stra ingredi non facit, sed ars ipsa & necessi-  
tas. *s e n.* Citò expediās. *B R A.* Nōnne citius  
quām putas se ad te redii? *e n.* hoc est antiquo-  
rum lepidion. *S E N.* Ego putabam esse pipe-  
ritim, & illam, quæ à Plinio siliquastrum vo- *Piperitis.*  
catur. *B R A.* Ita à multis putatur, & ego ali- *Siliquastrum*  
quando aliâs hanc sentētiā seqūutus sum.  
nunc vel meliore, vel peiore animi ductu sen-  
tentiam mutavi, & hanc esse puto lepidion:  
en cubitalem altitudinē habet, & paulò ma-  
iorem in ista, in hac minorem: folia sunt in  
modum lauri, hæc latiora, hæc minus lata, hæc  
æqualia. Vide mollitiem in his foliis iuniori-  
bus, in his antiquioribus non est tanta. *s e n.*  
Cur hæc folia sunt laurini foliis minora? *B R.*  
Nondum sunt adulta, sed in adolescētia ad-  
huc crescūt: cùm ad summum creuerint, erūt  
laurini foliis maiora. Hi etiam, qui volūt ra-  
phanum vulgò vocatum esse lepidion, dicūt  
cùm è terra exit, folia lauro similia mittere,  
postea crescere. At mentiuntur: nam & cùm  
raphanns è terra erumpit, folia habet lauro  
dissimilia, imò ramicem semper repræsentat,  
& folia exeunt ab radice, nec crescit in cubi-  
talem

talem altitudinem scapus aliquis. Vnde inferre volumus vocatam à nobis piperitum, vel peuerellam, esse antiquorum lepidion. & nūc hæ religiosæ iuxta terram præcidere, postea iterum crescat, & futuro anno flores & semina pariet. s b n. Quid ergo erit vera piperitis, & siliquastrum, si ea non sit, quam impræsentiarum ostendis; & quæ vulgo à sapore, quem habet, peuerella dicitur? b r a . De hac herba anceps sum, cœpique nunc primùm suspicari, an hæc herba, quæ passim Ferrarie in ficti.

**Piper Hispanum.** libus supra fenestras viret, Hispanum piper nominata, sit Plinii & antiquorum piperitis, quæ siliquastrum dicta sit: quoniam semina in oblongas siliquas & rotundas contineat: nam lauri folia habet paulò maiora, mollioraque (etsi solatrum etiam imitari videatur) caulem habet rubrum cùm veterascit, & longum: prius verò, quām veterascat, viride est. densos habet geniculos, & semen albū, tenuē, gustu piperis, imò piper excellere videtur: si etiam experiri tentes, ad eadē valere compries, ad quæ piperitis. Sed vñ effet admiratione dignum, apud authores nullam de folliculo illo, in quo semina conduntur, mentionem esse factam: forte authores de folliculo illo aut siliqua mentionem non faciunt, quia ab eo nomen acquisiuit, scilicet siliquastrum: vnde hoc omittut, velut ex ipso nomine manifest

nifestum, cùm in reliquis conueniant. Hæc ve-  
rò per suspicionē dicta sint, & potius ad rem  
herbariam ampliandam, quām ut id ceruico  
se sentire velimus: nam in simplicium exami-  
ne hydropiper esse suspicabamur, & vocatā  
persicariam esse Plinii siliquastrum & pipe-  
ritum. Videlicamus Plinium idem intelligere  
per lepidion, siliquastrum, & piperitum: tané  
in diuersis locis hæc posuit, veluti ea, quæ di-  
uersis nominibus appellatætetur, re vero diuer-  
sa non essent: ut etiam de dasypode facit, at- *Dasypus.*  
que lepore: constat enim non esse aliud dasy- *Lepus.*  
podem à lepore. quanuis apud Aristotelem  
inter dasypodem & leporem differentia po-  
ni videatur, & Theodorus vir egregius dasy-  
podem cuniculum interpretetur. *SEN.* Cùm  
superius de hiberide mentionem feceris, abs  
te scire optarem, quænam herba sit, & vnde  
dicatur hiberis. *B R.* Marcellus vnde dicatur  
nescire arbitratus est. Videtur ab Iberia, in  
qua potissimum crescit, nomen sortita esse.  
quòd si sit, absq; aspiratione proferri debet.  
Iberis, hæc est illa herba, de qua tuus *Auricen-* *Iberis.*  
*na* simul cum lepidio confundens dicit nasci  
prope antiquos parietes, vbi non mingitur,  
& habere nasturtii foliū ac saporē. Et Dio-  
scorides dicit habere folia nasturtii, & vere  
esse pulchriorem, & nasci locis incultis, habe-  
re que cōstate florem lacteum, id est, albū, binis  
radici

radicibus nasturtio similibus. Plinius verò libro xxv. cap. viii. inquit nasci maximè circa vetera monumenta, parietinasq; & inculata itinerū. Floret semper, folio nasturtii, caule cubitali, semine tam paruo, ut vix aspici possit, radici odor nasturtii. s e n. Ego hanc picturam cōsidero, sed quānam herba sit cōcipere nescio. B R A. Quid etiam in hac herba suspicer, aperire non negabo. Noscisne herbam illā, quæ vulgō vincitoxicum à Ferrariensibus dicitur? s e n. En hīc est prope hunc antiquum parietem religiosarum diui Augustini. B R A. Illa quidem est, quæ si folia incisa in morem nasturtii haberet, ab hac sententia non dimouerer, quin hanc hiberidem esse putarem: nam in reliquis ita hiberis est, vt nullus vel cæcus nō videat. s e n. Cūm herba ipsa in prōptu sit, notas omnes tum Dio, scoridis, tum Plinii consideremus. B R A. Ut luet. s e n. Semper floret, inquiunt, de sua hiberide loquentes prædicti authores. B R A. Et hæc vincitoxicum dicta semper floret. En ab hac parte semina decidere, hic florere incipit, & hīc sunt calyces, qui desinent in flores, inter quos alii citius, alii tardius florebunt: imò & hyeme non extinguitur, licet frigoris inconstitentia decidant folia. Verè est pulchra planta, & sua folia sunt *σύνθετα*, id est, pulchriora, quām cardami folia: nam plenius virent,

Vincitoxi-  
cum.

virent, & maiorem quandam l&etitiam pr&e se  
fer&ut. nascitur in cultis locis prope antiquos  
parietes, & sepulcra, & in culta itineru: vnam  
radicem habet, & quandoq; duas. Dioscori-  
des duas habere censet, vt plurimum ver&ò  
vnam habet: caulis inest illi cubitalis, & sem&e  
ad e paru&u ut vix conspici possit, radixq; na-  
sturtii odorem habet: propterea nisi esset fo-  
lium, quod n&ō est simile nasturtio, statim hi-  
berim esse dicer&e. s. Mirum videtur, vnum  
indictum posse tot alia corrumpere. b. R. Po-  
test quidem, c&um indicium ex re ipsa fuerit,  
quale hoc ex extrinseca figura: ver&am quid  
prohibet dicere, habere folia similia nastur-  
tio, non his similia, quae proper radicem sunt,  
& infimis, sed superioribus, quae non sunt in-  
cisa? s. Hiberis igitur erit nostrum vincito-  
xicum. b. R. Hoc non astero, sed subdubito, vt  
alios ad hanc rem considerandam incitem  
atq; prouoce: nam & pulchrum est, alios in-  
certamen vocare, & ad res natur&e speculan-  
das inuitare, eti&a si is, qui inuitat, nihil probi  
aut boni dixerit, mod& id verisimile sit, & ali  
quam habeat appetitiam quod dixit. Nam  
exinde lector sedulus iter apertum videns,  
multa alia inuenire potest. Aliam herb& h&c  
Ferrari& habemus, quae & in antiquis parie-  
tibus, & circa antiqua sepulcra nascitur, ac  
solitaria loca, quae ut nasturtiu, incisuras ha-

bet, & eius radix mansa adurit. S E N . Quo nomine vulgo dicitur? B R A . An vulgus aliquo nomine eam vocet, ignoro: sed en hæc est herba. s B . Huius herbæ Ferrarie copia habetur: plerunque illam vidi inter diui Francisci ruinas, post magnum huius templi altare. B R A . Et ego illam vidi Romæ inter maiores domini Petri ruinas. s B . Si radix linguam mordicet, illam esse putarim, quæ à Diosc. hiberis vocatur. B R . Gusta. s B . Imò & folia quodā modo mordicat: verū in hac vna solūm est radix, non duæ, vt hiberi habere debet. B R . Et si Dioscorides hiberi binas radices attribuat nasturtio similes, tamen nasturtiū vnam habet radicem, quanvis nonnunquam in duas fibras dissecta sit. Ego in hāc magis inclinor, quod hiberis sit, quam in vincitoxicum, propter foliorum incisuras, quæ huic herbæ insunt, & vincitoxicō non insunt. s B . Neq; mordicat vincitoxicum. B R . Imò mordicat, non interim dum māditor, sed posteaquām manus est. Ad rem verò longius intermissam redeuntes colligendum est, in hac pilolarum compositione pro sceitaragi Arabes lepidio intelligere: lepidio verò illa herba esse videatur, quam nostri pēuerellam nuncupant. Verūm hanc compositionem à principio considerans concipere nescio quid in ipsa faciat vel facere possit lepidion, quod potius hu-

mano

mano corpori exterius applicatū apud au-  
thores inuenitur , nec potentiam habet re-  
primendi vim fortium medicamentorū : ta-  
men sceitaragi ad hanc vim reprimendā huc  
ingreditur. Rursus igitur cōpositionem con-  
siderans, cùm à Mes.dicatur,sceitaragi Indi,  
suspici cōpi id imprēsentiarum debere in-  
telligi , quod Auicenn.dicit esse frusta ligni  
subtilia , & cortices, sicuti caryophylli.arbi-  
tramusq; hæc tenuia ligna esse Galeni carpe-  
siom:nam, vt ipse docet lib.primo de Antido-  
tis , Carpesiū est tenues festucæ,ramusculis *Carpesiū.*  
cinamomi similes: quæ sunt similes secundum  
genus vocato phu : & eius gustum haber. &  
Quintus pro cinamomo carpesiū sumebat,  
vt Gal.testatur:nam ab optima casia viribus  
non discidet. Arbitramur in hac cōpositione  
sceitaragi Indi esse carpesiū, cuius vis est for-  
tia medicamēta temperare, & non lepidii: &  
nisi addita esset illa particula Indi, lectionem  
corruptrā esse putarē. Et vbi legitur sceitara-  
gi, legēdū esse sitarag, id est,fumiterra: quo-  
niam in hac cōpositione nō adsunt nisi Indi  
myrobalani, qui atræ bili aduersentur & ad-  
ustos humores expurgēt.s e. Deinceps in hac  
cōpositione fumariā herbā recipiam. B R. II.  
lā recipiendā suaderē, posteaquām carpesiū  
abesse certū sit, s e. Aliud etiā nō mediocrem  
scrupū in hac cōpositiōe cōmouit.B R.Quid

- Harmel.** hoc est s.e. Harmel. Nam multi pharmaco-polæ pro harmel cicutæ semina accipiunt. b.r. O viri nefandi & execrabilis: venenum præsentissimum recipiunt, pro re, quæ potius medicaméta frænare deberet. s.s. Quid ergo sumendum est: b.r. Nomina corrupta sunt: & vbi legitur harmel, vel absq; aspiratione armel, legi debet armal, cum a, & non cum e, in vltima syllaba. Est verò harmal rutæ genus sylvestre, ita à Syris nuncupatū: quanuis Dio scorides dicat rutam montanā à Syris nominari harmalam, sed vbi loquitur detertio rutæ genere, quod vocat rutam Galaticā, dicit ab aliquibus vocari harmalam, & Syri nuncupant Besasa. & hæc propriè illa est, de qua Arabes scripsere. s.b.n. Quomodo hoc nosti? b.r. Ex ipsiusmet authoribus: nam Serapionis verba cōtemplatus cap. cclxxxv. vbi de harmel agit, eadem sunt cum his Dioscoridis in hoc tertio genere rutæ. Dicit enim Serapio secundū Diosc. Harmel nominatur moly: & nominat eam multi rutam sylvestrem, & est planta, quæ egreditur ab una radice cum multis ramulis, & habet folia lögiora foliis rutæ alterius, & molliora, habentia graue odorem, & habet florem albū, & capitella maiora satiis quam capitella rutæ domesticæ, diuisa tribus diuisionibus, in quibus est semē, cuius color est ad rubedinē declivis, habens tres angul
- Armel.**
- Armal.**
- Harmal.**
- Harmala.**
- Besasa.**
- Moly.**

gulos. amarum est id, quod de ipsa plāta ve-  
nit in usum medicinę, & ipsum maturatur, &  
colligitur in autūno. Audias modò Diosco-  
ridem de Galatica ruta per hæc verba diffe-  
rentē: Quidā nomine sylvestris rutæ, & eam  
quæ in Cappadocia nascitur & Galatia, non-  
cupatam moly intelligūt. frutex est ab radi-  
ce vna complures virgas fundens, foliis mul-  
tò longioribus, & tenuioribus quam rutæ,  
graui odore: flos cādidiſ: in cacumine capi-  
tella paulò ampliora quam satiuæ, diuisa tri-  
pliciter parte plurima, in quibus semen tri-  
quetrū, subrufum, & amarissimū sapore, cu-  
ius in medicina est usus. autumno maturescit  
semen. Hinc igitur manifestè apparet tertium  
rutæ genus apud Diosc. quod ipse vocat se-  
cundum aliquos harmala, à Serapione nun-  
cupari harmel. quod autē ita sit, magis cōfir-  
mari potest ex his quæ de remediis secundū  
Diosc. adducit Serapio. sequitur enim: quan-  
do conficitur cum mulle & vino, & felle gal-  
li, & croco, & succo fœniculi, confert debili-  
tati visus. Species ista rutæ vocatur à quibus-  
dam moly, & in Syria noominatur vasach, &  
ortus eius est ut plurimum in terra pingui,  
bona, & culta, & humidis locis. hæc Serapio.  
In quibus verbis sunt aliqua corrupta nomi-  
na: in reliquis idē præcisē dicit quod Diosc.  
cūm inquit, conuenit quibus hebetes oculi,

subigé dum cum melle, vino, felle gallinacei,  
succo sceniculi, atque croci. hoc genus herbæ  
aliqui harmala vocauere, Syri besasa: quod  
Serapio corruptè dicit vasach, Cappadoces  
moly, quandoquidem à vero moly omnino  
non discrepat facies, radice videlicet pulla &  
flore albo (hoc à Serap. positum nō est) col-  
les amat, & pingua. Idē præterea suaderi po-  
test per illa, quæ Serapio ex Galen. adducit:  
nam Galenū referens inquit, virtus eius pri-  
ma est calida in tertio gradu, secūda incidit,  
& tertia incidit humores grossos, & expellit  
eos per vrinā. Galenus verò ubi agit de mo-  
ly in septimo de simplicium medic. facultati-  
bus lib. inquit: vis eius tenuiū est partium, &  
calida in tertio ordine: vnde & crassos hu-  
mores desiccatur, ac digerit, & vrinam mouet.  
Scitoq; apud Gale. nō esse aliud moly, quam  
istud, quanuis Dioscorides aliud quoddam  
moly describat. Galen. de hac harmala duo  
bus in locis mentionē facit in lib. de Comp.  
medic. secundum locos. primò, in libro viij.  
in stomachica illitione ex besasa, id est, semi-  
ne rutæ sylvestris, secundum Andromachum.  
secundò, in libro ix. in secundo pharmaco ab  
Asclepiade conscripto in hydrope: dicitque  
Syros vernacula lingua vocare harmala ru-  
tam sylvestrem. s. s. Hæc omnia verba sunt, &  
nugamenta. Ostéde mihi rutam hanc voca-  
tum

tam harimala, & harmel à Serapione, & quam  
Auicenna non describit, sed dicit esse notam,  
cum tamen mihi ignotissima sit. B R. Nō pos-  
sum hanc rutam impræsentiarum tibi osten-  
dere: viret tamē in Apennino prope Mutinā,  
& Regium Lepidi. s E. A me igitur vel ab his  
qui hanc compositionem parant, quid agen-  
dum? B R. Rutæ sylvestris semina accipienda  
sunt, & non hortensis: & si hæc desint, satiuæ  
rutæ semina recipienda, quæ parum differunt  
à sylvestris rutæ seminibus. s E N. In hac tota  
compositione nihil aliud video, quod ambi-  
guitatem facere possit. B R. Ut igitur receptui  
canamus, pro aggregatiis pilulis illas Me-  
suæ semper parandas voluerim, quas dicit es-  
se ex inuentione sua, & iuberem ut electua-  
rium rosatum Mesuæ acciperent, cuius ma-  
gna quantitas cōpositionem ingreditur. s E.  
Quanta ingredi potest? B R A. Si succi sint ari-  
di, quales vos feruare soletis, quatuor ferè  
vnciæ huius electuarii ingrediuntur. Si verò  
succi sint recentes, ut semper optarim, duæ  
vnciæ satis sunt: & id electuariū ex galla, quæ  
moschata dicitur, cōfectum sit, & quam Me-  
suæ, & non Nicolaus, parare docuit.

## S E N S X.

**A**bre fortè nō erit, pilulas de Serapino in Pilulae de  
concioné vocare. B R. Multas legi & va- Serapino.  
rias apud diuersos authores cōpositioēs, quæ

de Serapino pilulæ nomé fortiebātur, & quæ longè differūt: variosq; inueni pharmacopolas non solùm diuersarum Italicæ vrbium, sed vnius Ferrariæ: nam aliqui primam Mesuæ compositionē de serapino ad usum fertant: alii secundā. Tu quam feruas? s.e. Secundam apud Mesuen. b.R. Huc illam afferas. s.e. Hæc est, quā dicit ad iuncturarum dolorē valere, atque ischiam, & podagram, & dolori matricis conferre, ac menstrua proritare.

Recipe Serapini

Animoniaci	{	ana 3.ij.β.
Opopanacis		
Bdellii		
Seminis apii		
Ameos	{	ana 3. j.
Harmel		
Anisorum		
Acori		
Sceitaragi Indi	{	ana 3. β.
Calamenthi		
Folii		
Centaureæ		
Polii	{	3. vi.
Costi		
Salis gemmæ		
Aloes		
Colocynthidis	{	3. v.
Fiant pilulæ, & administrentur. b.R. Nisi superius		

perius de sceitaragi & harmel disputauissemus, nūc idem facere necessarium esset. Tu hanc secundā compositionem facis, sed multi primam potius approbant, & conficiunt. s.e. A te peterē, quānam sit magis conueniēs. b.r. Hanc secundam probare non desinam, quae magis correcta est & moderata, quām prima, nec est adeò vehemens. Sed ex quo li- quore eam conficis? s.e. Ex melle rosaceo. b.r. Nec istud conténere ausim, quoniā hæc com- positio diuturnior redditur: scitoq; ratione colocynthidis crassas materias à longinquis educi, & bilem crassam, ac pituitam. Aloe ve- rò à propinquis partibus ducit: ratione co- locynthidis iuncturarū doloribus prodest, & podagræ, præsertim cum à crassis materiis contingunt. Reliqua cùm aperiétia sint, do- lori matricis occurront, & menstrua prori- tät: quod etiam aloe facit, venarum ora ad- aperiens. s.e.n. Morem meum igitur sequar, hanc secundam Mesuæ compositionem pa- rans. b.r.a. Eum impunè sequaris. Verū ne quicquam prætermittamus, quod in mate- riarum considerationem non venerit, hæc est prima Mesuæ compositio:

Recipe Serapini

Ammoniaci

Bdellii

Opopanacis

} ana

3.

iij.

Aloes				
Castorei				
Harmel				
Colocynthidis			3.	ij.

Fiant pilulæ cum aqua porri. Per hanc verò aquam intellige succum, nam ex eo facilius penetrat, quanuis in hac compositione mihi displiceat hic succus: propterea & mel rosa-  
tum potius acciperem, vel marrubii succum,  
nam veteres saepius confundunt πράσινην &  
πράσινην, id est, marrubium, & porrum. s. s. Ean-  
dem ferè intentionem cum prædictis habere  
videntur. b. r. Et eandem habent. nam mate-  
rias crassas, glutinosas, & frigidas educunt:  
vnde à Mesue hic dicitur valere ad paraly-  
sim, & mollificationē, & spasmum, & dolo-  
rem iuncturarum, dorsi, & podagram frigi-  
dam, & solvant phlegma viscosum, & una  
drachma satis est. s. s. Quid intelligis per hā-  
moniacum in hoc loco? b. r. Ego intelligen-  
dum puto hammoniacum thymiamam, non  
sal hammoniacum: nam thymiamam hammo-  
niacū colocynthim mitigare potest, & cor-  
rigere. s. s. Prius à te dictū est authores salios à  
Mesue pilulas de Serapino descripsisse, quæ  
à prædictis diuersæ sunt. b. r. Diuersæ quidē  
sunt, quo ad pondera & aliqua simplicia, sed  
in intentione cōueniunt: nam Auicen. talem  
compositionem parandam instituit, quæ ge-  
nuum

nuum doloribus conuenit, coxendicum & laterum, inquiens:

Recipe Seminis apii	} ana 3.	j.
Harmel		j.
Serapini		j.
Bdellii		j.
Hieræ	} ana 3.	j.
Pulpæ colocynthidis		j.
Agarici		j.
Turbith		vj.

Fiant pilulæ. dosis 3.ij. cum aqua tepida : tamē nos dicimus satis superq; esse 3.j. Serapio cōpositionē aliā facit de serapino, qua in hydrope vtitur. *s e n.* Quænam est Serapionis compositio? *s R A.* Hęc quę sequitur:

Recipe Aloes	} ana 3.	iiij.
Epithymi		iiij.
Agarici		ij.
Serapini		vj.

Terantur, & cribellentur, & fiant pilulæ. potio 3.j. Puto legendum esse portio. vel si legas potio, intellige hanc cōpositionē prius quam sit redacta in pilulas. Inīo idē Serapio cōpositionē habet ad eandē intētionē ad quā tēdit secūda Mesuę, & quę recipit similia sim plicia, sed differt in pōdere : dicitq; valere ad dolorē aliarū partiū dorsi, & ad dolorē matricis, & soluere naturā, & prouocare mēses. *s B.* Hanc compositionem referre ne pigeat.

B R A. Non solum non piget, sed etiam libet:  
Recipe Seminis apii

Ameos	}	ana 3. j.
Anisiformis		
Harmel		
Bdellii		
Serapini	}	ana 3. ij.
Ammoniaci		
Opopanacis		
Sceitaragi		
Acori Polii	}	ana 3. β.
Calamenthi fluuiatilis		
Centaureæ Costi		
Salis gemmæ		
Aloes		3. v.
Colocynthidis		3. iii. β.

Terantur, & fiant pilulæ, & dentur. S E N. O-  
mnino eādem habent intentionem cum his,  
quas paro, & est eadem ferè compositio cum  
secunda Mesuę. B R. Quomodo autem gum-  
mi genera in hac compositione disponis? S E.  
Ide facio, quod in omnibus aliis pilulis ob-  
seruandū censuisti. Gumi in liquorem illū, ex  
quo pilulæ cōficiuntur, dissoluo, vel sit porri  
succus, vel quicquid aliud, postea cōformo:  
& si succus aliquis vel liquor nō recipiatur,  
arida gummi in puluerē redigo, mollia verò  
in electuarium, ex quo pilulæ conglutinan-  
tur, dissoluo, vel in mel rosaceum. B R. Rectè  
gumm

gummi genera disponis. s e. Ex more igitur pilulas de Serapino conficiam, quæ à Mesue secundo loco descriptæ sunt. B R A S A V O L.

Non errabis. S E N E X .

**N**Ecio quomodo bechichiæ pilule huc Pilule be= accesserint. B R. Non accessere, sed tu *chichiæ*. illas cōportasti. quis author illas confecit? s e. A Mesue in capite de tussi sicca describuntur. B R. Quæ simplicia recipiunt? s e. Hęc quæ sta tim adducenius:

Recipe Succi liquiritiae	} ana	3.	x.
Sacchari boni			
Amyli	} ana	3.	vj.
Tragacanthi			
Amygdalarū dulcium			

Confice cum muccagine psyllii, vel cydonio rum. B R. Quomodo insimuntur? s e n. Effici tur pilula vna ad lupini vel fabæ quantita tem, & sub lingua tenetur. B R A s. Igitur non sunt catapotia. s e n. Quid ais? B R A. ἀπὸ τεῦ καταπίνει, id est, à deuorando & transglutiendo dicūtur catapotia. At hęc non transglutiuntur: propterea catapotia non sunt. Verū à forma, quam habent, pilule nuncupari possunt: quanquā res erat nullius momen ti, si has pilulas pastillos nuncupasse: imò nō ab refuisset, si potius inter pastillos, quam inter pilulas numerasse. Cūm verò in hanc ordinē venerint, & ipsa poma natet, accipiā-

tur

turq; ac si sint pilule, tamen non erunt cata-  
potia, quia pilulae vocabulum est amplius,  
quam catapotium in hoc significato. nam &  
hae sunt pilulae à sua forma, quæ continentur  
in ore, & non sunt catapotia. Hanc eandem  
compositionem habet Rhafis, vbi agit de  
tussi, ad Almansorem. s.e.n. Vnde dicuntur  
bechichiæ? b.r. Apud antiquos multa bechi-  
ca inueniuntur, id est, contra tuſsim medica-  
mēta: nā Græci tuſsim βῆχαι nuncupāt, & βῆ.  
Medicamē *χιμὴρ* contra tuſsim medicamentū. A Trallia  
sum. *χιμὴρ* contra tuſsim medicamentū. A Trallia  
no lib. secundo, cap. iiii. multa bechica, id est,  
tuſsi accommodata referuntur, hoc est, contra  
tuſsim medicamenta. s.e. Hoc, quod à Melue  
descriptū est, habētne cum illis affinitatē? b.r.  
In aliquibus simplicibus conueniūt, in tota  
autem compositione distincta sunt. s.e. Vnā  
aut alteram antiquorum compositionem re-  
feras ex his, quæ bechicæ nuncupantur. b.r.  
Hec est vna Tralliani compositio:

Recipe Styracis

Croci

Galbani

Lacrymæ papaneris

} ana denarii pondo  
vnius.

Nucleorū pineorū denariūm pondo iiii.  
Cōformato pilulas quātitatē Aegyptiacæ fa-  
bē cōquātes, quarū vñā in nocte agrotāti prē-  
beto. s.e.n. Magna quātitas videtur, si Aegy-  
ptiacam fabā æquet. b.r. Imò posset triplū &  
quad

quadruplū illius quātitatis exhiberi. En alia cōpositio valde efficax, & quæ etiā tenui fluori succurrit, & quæ vna vice sumpta restituit sanitati ægrotantes.

Bx. Myrrhæ troglodyticæ denariūm pōdo vij.

Thuris denariūm pondo quinque.

Lacrymæ papaveris

Corticis radicis hyoscymami } denariūm

Corticis radicis cynoglossæ } pōdo iiiij.

Cortices in sole exiccati in puluerem redigātur, & per crībrum traiiciantur, postea cum aliis confundantur: papaveris verò lacrymā aqua diluito, deinde pastillos conformato pondere singulos denarii vnius. s E N. Nihil habent cum bechicis nostris à Melue confectis. B R A. Tamen sunt bechica, id est, ad tuſſes valentia medicamenta. De his verò, quæ sub lingua continentur, quæ ῥατύλωσα medicamenta Galenus vocat, mentionē facit in septimo lib. de Compositione medic. secundum locos: postquam locutus est de usu cōfēctiōis ex papaveris capitibus, hypoglossa describit. id est, ea, quæ poni debent sub lingua, ex Charixeno medico, Dioscoride, & Scribonio Largo. s E. Vnum ex his hypoglossis audire vehementer opto. B R A S. Vnum ex Scribonio Largo referam, quod facit ad vocem ēnterceptam.

Recipe Glycyrrhizæ

3.

viiij.

Myrr

Myrrhæ	3.	xx.
Terebinthinæ	3.	xxxij.
Tragacanthæ	3.	xxxviii.

Arida singula per se contundito ac cibato, resinam autem in pilam coiectam tundito, arida ad ipsam inspargendo: deinde ex vnitis omnibus pastillos formato, fabæ Aegyptiacæ magnitudine, quos in umbra siccato, atq; usus tempore unū aut duos sub lingua tenendos dato, ac liquecentes deuorando. Quo tempore igitur pastillos cogis, eodem etiam tundes: resiccatur enim citò, & ob id pastillos ex eo formantem ad manum sinu tūdere oportet. scilicet ergo liquescunt, trāglutiendi sunt: b R. Imò paulatim trāglutendi, & paulatim liquescunt. Sunt multa alia bechicha à Paulo, Aetio, Scribonio, & aliis antiquioribus ac probis authoribus descripta, quæ huc afferre non licet, ne supra modum ex compositionibus, quæ in usu non sunt, sermo noster per crescere. Imò & apud Arabes infinita ferè bechicha medicamenta scripta inueniuntur, vt apud Serapionem, Auicennā, Rhafsim. Interim omitto recetes medicos, ne de una compositione agentes, omnes alias eiusdem generis in medium reuocare videamus. scilicet In hac igitur compositione Mesuen sequar. b R. Sequatis quo ad antiquorū bechi cha in usu venerint. speramus etenim omnes antiqui

antiquorū cōpositiones, vel maiorem partē  
in communē vsum reuocare: quanquā sem-  
per ad sint inuidi, q̄ benefactis, sua maledicē-  
tia suaq; maleficentia aduersari conētur. s.e.

**C**VM satis sint, quæ de bechicha composi Pilulae fœ-  
tatione numerare studuisti, fœtidas pilu- tidæ.  
Iaſhuc adducam, vt recto examine perpensæ  
abeant. B.R. Non minus hæ pilulae medicorū  
ignauiam & oscitantem negligentiam ostendunt, quām prædictæ. s.e. Cur hoc? B.R.A.S.A.  
Quoniam rari sunt pharmacopole, qui com-  
positionem ab aliis diuersam nō seruent. Nō  
nulli etenim maiores fœtidas parant, qui-  
dam minores: alii compositionē quādam ex  
Rhasi in ix. ad Almansorē, acceptā seruant.  
Tu verò quam cōpositionē sequeris? s.e. Illā  
maiorem. B.R. Ab hac exordium incipiamus,  
& prima omnium sub iudicium veniat. qui-  
bus constat? s.e.N. His omnibus:

Recipe Serapini

Ammoniaci

Opopanaxis

Bdellii

Colocynthidis

Harmel

Aloes

Epithymi

Hermodactylorum

Alscebran

	ana	3.	v.
	ana	3	ij.

Scammonii	3.	ijj.
Cinamomi		
Spicæ		
Croci		
Castorei		
Turbith	3.	ijj.
Zingiberis	3. j.	β.
Euphorbii	tertiae vnius partes duæ.	

Dissoluantur gummi in aqua porri, & fiant pilulæ da 3.iij.BR. Vna drachma satis est, & in imbecillioribus forte nimis, hanc cōpositio, nem considerans omnes humores educit, & tenues, & crassos, & à partibus propinquis, & à remotis s e n. A Mesue verò scriptum est, ex hac humores crassos expelli, & doloribus iuncturarum conferre, & podagræ, & dorsi, & genuum: & omnem dolorem ex crudo humore auferre, & dolorem stomachi, & colicæ: & à leuce liberat, inorphea atque lepra. BR. A. Duo animaduersione digna sunt: vnu est, valere potissimum in his morbis cum inclinant, vt in podagra, chiragra & articula- ri morbo, & ratione aloes biliosos humores etiam educit. Ratione scammonii biliosissi- mos, & tenues: vnde omnes humores educū- tur, si compositio rectè consideretur, & tam à remotis, quam à propinquis partibus. SE. Quid intelligis in hoc loco per Alscebram? BR. Tu verò quid eius loco haec tenuis accepi-  
stis

tit. se n. Esulam: & nisi quid melius inuenierim, esula semper utat. b. r. Consideremus in presentiarū quid sit apud Arabes Alscebrā, vel Scebram: nam illa particula al, articulus est, quem suis nominibus Arabes præponūt, ut faciunt Hebræi, qui à Græcis & nostra vulgari lingua eō differūt, quod eorū articulus in nominis compositionē transit: apud Græcos autem & in nostra vulgari lingua est distinctus à nomine. Hæc igitur herba, de qua impræsentiarū agemus, nuncupatur scebra: addita al, particula, idem est ac si diceremus alscebram. s. b. Hæc ad rem nihil facere videntur. Consideremus potius quid sit hæc planta apud antiquos. b. r. Consideremus: sed nō erit facile hoc intelligere, quoniam & Arabes de ea inter se dissident, nec cum Græcis conuenire videntur, nec Arabum descriptiones satis conueniunt. Quid igitur sit alscebrā apud Arabes considerare volentes à Mesue incipiamus, secundū cuius verba non est facile diuinare quid sit: nā de eius figura nihil penitus loquitur, solum verò dicit esse speciem lacticiniorū, & esse solutioñū rusticorū. Postea distinguit, ex quibus nihil certi habetur quid sit, nisi confuse. Auicenna describit quidem, sed adeò inepta descriptione, ut etiam difficile sit apud ipsum eius formam intueri: nam inquit, oritur in hortis habens

cannam subtilem, equalem, habet pilos, & folia sunt sicut Tarcon, secundū quod existimo, & habet lac. Si verò petas quid sit Tarcon, in pagina sequente Auicenna docet, inquiens quòd pyrethrum est eius radix. pyrethrum verò habet folia dauci agrestis, vel marathri. Serapio describit quidem scebrā, & talē figuram illi fingit, qualem Dioscorides sive pityusæ. Verùm cùm de hac re in Simplium Examine hubertim differuerimus, satis est te ad illum librum remittere. s.e. Memoria habeo: sed res est satis confusa. B.R.A.S. Confusissima, quoniam & ipsi authores confusi sunt. Ad rē verò redeūtes, sunt alii pharmacopolę, qui fœtidas minores seruant. S.E.N. Nescio vnde hoc acceperint: nam hoc solum nomen maius, eos incitare deberet ad has cōficiendas & formandas: nam quod maius est, respectu minoris excellentiam quandam habere videtur. B.R.A. Imò minores videtur v̄hemētiores maioribus, & eandem habēt intentionem. Earum cōpositio hæc est, quæ sequitur, in qua sunt paucissima, quæ vim fortium medicamentorum frænare possint.

Recipe Serapini  
 Ammoniaci                    }  
 Opopanaxis                 }  
 Bdellii                      }  
 Myrræ                       }

ana                        3.

v.

Turb

Turbith	3.	x.
Colocynthidis	3.	vj.

Fiant pilulæ sicuti priores. & da 3.ij. tamē nō debemus excedere 3. j. Imò solūm scrupuli duo recipiendi sunt. In his materiæ crassæ foliūm educuntur à remotis partibus. Vnde etiā à Mesue dicatur , has esse in intentione maiorum , id simpliciter verum non est: quoniam maiores, tenues etiam humores educunt, quas hæ non educunt: sed intelligendus est in intentione majorū, quantum sit de illa intentione, quam ipse retulerat : nēpe nihil dixit de humoribus tenuībus, quos tamē euacuat. s.e. Quænam cōpositio magis probanda est: B R. Illa maiorum, quæ magis correcta est cōpositione minorū: tamen præcisa Mesue intētio, quæ est humores crassos educere, in his humoribus exq̄sitiūs habetur, cū soli crassi educātur, & nō tenues. Extāt præterea nōnulli pharmacopolæ Ferrariæ, & nō ex infimo genere, qui in eorū officinis cōpositionem quandam Rhasis seruant in nono ad Almansorem. s.e. Quænam est: B R A S A. Hæc in curatione paralysis posita:

Recipe Pulueris picræ	3.	x.
Colocynthidis	3.	v.
Euphorbii	ij.	β.
Castorei } ana	3.	j.
Piperis }		

Afæ fætidæ	ana	3.	j.
Serapini			
Opopanacis			
Sceitaragi Indi			
Sinapis			
Centaureæ minoris	ana	3.	v.
Elaterii			

Gummi in succo rutæ dissoluantur, & alia si-  
mul misceātur, & fiāt pilulæ. s e n. De minori  
bus complures in suis officinis eas, habere  
non ignorabamus: de his verò ab Rhafi edi-  
tis ignotum erat an aliquis eas pararet. b r.  
Imō, vt dixi, aliqui has seruāt: & ne putes nos  
mentiri, ille, qui Fontē habet pro insigni, v-  
nus est qui parat. s e. O magna inter vnius vt  
bis pharmacopolas diuersitas: quomodo fa-  
ciunt ignari medici, qui hæc ignorāt? b r. a. In  
his pilulis parum errare possunt: quia ad ean-  
dē intentionē accommodātur. s e. Quæ com-  
positio tibi magis arridet ex his tribus? b r. Il-  
la maiorum, quanvis (vt ingenuè fatear) nul-  
la possit ad vnguem placere. Tamē si quam  
conficiendā iuberem, esset hæc maiorū com-  
positio Mesue. s e. Meum igitur morem & de-  
inceps in his pilulis sequar. b r. Vt lubet: nos  
tamen speramus pro nostris ægris illas nun-  
quam esse indicturos. Id verò non te la-  
teat, & Serapionem, & Auicennam, & Ha-  
ly multas alias & diuersas pilularum fæcti-  
dar

darum descriptiones in scriptis reliquissē:  
sed tres solum præscriptæ in usum venēre.  
SEN. Vnde dictæ sunt fœtidæ? B R A S. Re-  
centes dicunt ita nuncupari, quia fœtidos hu-  
mores educunt, ac si aliæ odoros trahant, &  
non fœtidos. Potius dicuntur fœtidæ ex ma-  
lo odore quē habēt, & potissimum illæ Rha-  
sis, quas assūta fœtida ingreditur, vel quia fœti-  
dis morbis occurunt, quales sunt lepra, sca-  
bies, morpheæ, impetigo, leuce, & alii similes.

## S E N E X .

**H**AIC lituram vix legere potui: & nisi vi *Pilulae de*  
timæ pars nominis atramento detecta *sarcocolla*.  
esset, pilulæ de sarcocolla tuum examen effu-  
gissent. B R A . Res erat non magni momenti.  
ex quo authore accipiuntur hæc pilulæ? S E N .  
Ex Mesue in Antidotario, & in simplicibus,  
vbi de sarcocolla agit: nam refert pilulas de  
sarcocolla Italy senioris, inquiens:

Recipe Sarcocollæ	3.	iii.
Turbith	3.	iiij.
Interioris colocynthidis	} an.	3. j. β.
Zingiberis		
Salis gemmæ	3.	j.

Sarcocollam in aqua rosacea dissolute, & con-  
fice, & fac pilulas. educit hæc compositio pi-  
tuitosas materias, & pituitosis morbis succur-  
rit, à longinquis partibus educens. B R A . Me-  
sue inquit, sarcocollam pituitam educere: ne-

scimus tamen unde hoc inuenierit. nam Diſcorides & Galenus volunt ipsam cōglutinare, & exiccare citra mordicationem. Id equidem verum est, has pilulas pituitam educere: sed id faciunt ratione turbith & colocynthidis, non ratione sarcocollaꝝ. Putamus igitur sarcocollam vim reprimere fortium medica mentorum, ut alia gummi genera facere solent, & non soluere: in hacque compositione ponialia ad educendum pituitam, & non sarcocollam. Et quanuis fuerit Haly ſenex huius compositionis inuentor, illum nō laudamus, cum nimis vehemens sit, & parum correcta: nam pr̄ter sarcocollā nihil aliud adeſt, quod non roboret turbith & colocynthim: zingiber etenim & fal gemmæ colocynthim & turbith acuunt magis, & vehementiora reddūt. SE. Igitur sarcocolla nō educit? B R. Adſtrin git potius: unde Græci omnes dicunt adſtrin gere, exiccare, & conglutiuare: propterea inuenit nomen sarcocolla, quasi σαρκὸς οὐλλα, id est, colla & gluten carnis. Quonodo illam diſſoluis in aquam roſaceam? S E N. Ego in primis in lac aſinæ diſſoluo per ſex dies, lac quotidie mutans, denique percolo, & diſſoluo in aquam roſaceam. B R A S. Cur lac aſinæ accipis? S E N. Quoniam ab ipſo Mesue in cap de sarcocolla dictum eſt. B R A. Mesuen non intelligis, qui dicit per quinque dies laſte aſi-

næ nutriti, & tunc esse medicamentum bonum ægritudinibus oculorum, scilicet ponentes illam in oculum, tamen non dicit ita cinnandam esse cum has pilulas ingreditur: sed immediate dissoluenda est in aqua rosa-cea, & à fôrdibus expurganda, postea rebus aliis commiscenda, & in pilulas cōformâda. scitoq; has pilulas multùm perdurare, & ea-rū vim citò nō solui ob sarcocollæ miscellâ.

## S E N E X .

**H**As sequuntur in hac scheda pilulæ de *Pilulae de mezereon*, quæ à Mesue dicuntur miri *Mezereon*. fice aquam educere in hydrope, & nō solùm citrinam, sed cuiuscunque generis. his verò conficiuntur:

Recipe Foliorum mezereon infusorū in ace-to, & exiccatorum 3. v.

Myrobalanorum citrinorū 3. iiiij.

Chebulorum 3. iiij.

Confice cū tereniabin & tamarindis in aqua endiviæ dissolutis. B R A S. De dosi nihil dicit Mesue? S E N. Nihil penitus. B R A S. In ascite drachnam excedere non debemus, & in his, in quibus abundat aquositas per omnes ve-nas. s e n. Putásne tu mezereon esse laureo. *Mezereon*.

Iam? B R A. De hoc hubertim egimus in no-stro simplicium Examine, ostendentes Ara-bes authores thymelæam, & chamełæam sub mezereon confidisse. Nunc memoria subiit,

in nostro colloquio de his abundē dictū esse.  
Verū cūm hæc duo sub mezereon confundantur ab Arabibus, & Mesue Arabs fuerit,  
quodnam duorū intelligi debet, cūm hic dicat recipiendum mezereon? B R A.

**T**hymelæa. melæam acciperem: nam à Dioscoride dicitur per aluum biles aqueas educere. Cūm verò hæc pilulæ ad educendas aquas in hydrope confiantur, & vt Mesue dicit, citrinas, thymelæa ad hoc valet. nempe Dioscorides in chainelæa mentionem non facit, quod aquas educat: sed dicit solùm educere per aluum billem, & pituitam. s e. Deinceps igitur thymelæa folia accipiani. B R. Scito autem nisi hæc folia per diem, & noctem macerarentur in aceto, & in umbra exiccarentur, & nisi adderentur myrobalani, esset cōpositio vehementissima, cuius satis esset scrupulum accipere. De tereniabin verò, quod hanc cōpositiōnem ingreditur, in nostro simplicium examen quid sit apud Arabes disputatum habes.

## S E N E X.

**Pilule de eupatorio.**

**P**redictis iunctæ sunt pilulæ de eupatorio, quæ ad periodicas atque antiquas febres conferunt, ad iecoris dolorem, & ad obstructionē. B R. Tu ergo maiores cōfici: s e. Maiores, inquam, & in hunc modum paro:  
Recipe Myrobalanorū citrinorū

Succi eupatorii

{ añ. 3. iii.

Suc

Succi absinthii	J	
Rauedsceni	3. iiij.	β.
Mastiche	3.	j.
Croci	3.	β.
Aloes bonæ	3.	v.

Confice cum succo endiuiae. dosis eius est 3. ij. cum aqua casei. B R A s. Recentibus visum est, hāc compositionem materias biliosas, tenues, educere: cūm tamen crassas etiam educat, & eas potius, quām tenues. Rari sunt medici, qui his vtātur. Ego his vtor in autumno in longioribus febribus, & cōferunt, & etiam in obſtructionibus lienis. Habet & Mesue minores de eupatorio, quæ in nullum vſum venēre, præfertim nostro tempore. Illarū compositio est hāc:

Recipe Myrobalano-  
rum citrinorum  
Rauedsceni  
Succi eupatorii  
Aloes } añ. partes æquales.

Cōfice cum aqua apii. da 3.ij. & in alio cum aqua endiuiae. Sunt minus vehementes prædictis, eandem verò intentionem habent cūm maioribus. mirandumque est cur harū minorum facta sit mentio, cūm maiores eandē intentionem habeant, & perfectius illam assēqui faciant. Mirum igitur non est, si in vſum non venēre. Per rauedsceni, rhabarbarum in his

his cōpositionibus semper intellige. S E N. Id intelligo. B R A. Lector verò admiratione nō afficiatur, si in his compositionibus omnia simplicia exposita non sint, quoniam de his solum mentionem facimus, de quibus in simplicium examinē nihil actum erat. Hæc pilulae, & maiores diu perdurare non possunt, quoniam nihil glutinosi recipiunt: imò breui tempore lapidescunt, id est, dure, ut lapis euadunt.

## S E N E X.

*Pilulae de  
hermodacty-  
līs.*

Pilulae de hermodactylis in examen descendent. B R A. Ferrariæ apud diuersos pharmacopolas diuersæ sunt de hermodactylis pilulae. Nam nonnulli minores, alii compositionem quandam, quæ à Rhasi describitur in ix. ad Almansorem, cōficiunt: maior tamen pars maiores parat. Nec sunt, qui & maiores & minores seruent. nemine vidi unquam, qui pilulis de hermodactylis ex inuentione Mesuæ vteretur. S E N. Maiores semper confici, & seruant, & cum medici pilulas de hermodactylis indicunt, illas præbent. B R A. Earum compositionem referto. S E N. Hæc est:

Recipe Hermodactylorū

Aloes

Myrobalanorū citrino.

Turbith

Colocynthidis

Edellii

añ.

3. vi.

Serap

Serapini	}		
Castorei			
Sarcocollæ			
Euphorbii		añ.	3.
Opopanacis			iii.
Harmel			
Apii,			
Croci		3.	i.
			β.
Confice cum succo cauliū, & fac pilulas. Scito tamen gummi genera potius dissolnenda esse in fusco caulinum, & expurgāda, reliqua deinde commiscenda. durescunt mirè: tamen vis simplicium medicamentosā à gummi generibus seruatur, & facile dissoluuntur, cum aquam persentiantur. De dosi nihil dicit Meseue. Ego drachmam nunquam excederem. mirè conferunt iuncturarum doloribus, & podagræ frigidæ: nám humores crassos à remotis corporis partibus ducunt: imò & tenues. De hermodactylis disputatum habes in nostro simplicium examine. Cùm verò hermodactylus mihi suspectus sit, quoniā pharmacopolæ ephemeron colchicum accipiunt: propterea harum loco cōpositione quadam vtor pilularum ab Alexandro Tralliano cōfectarum, quas de nitro nuncupamus, & etiā Alexandri pilulas. In hac cōpositione nihil est, quod expositione indigeat. Cùm verò simpliciter humores crassos, & frigidos educat, compo			

composuere minores, quæ humores biliosos,  
tenues, & etiam crassos educerent, & quæ ad  
podagram calidam conferant, sicuti præ-  
dentes ad frigidam conueniunt. Puto autem  
in usum venisse, ut sole maiores recipiantur:  
quia non est verum earum solam materiam  
frigidam educere: immo edescunt & calidam,  
ratione aloes & aliarum simpliciū bilem edu-  
centium. Minorum vero compositio hæc est:

Recipe Hermoda&tylorum	3.	v.
Scammonii	3..	ij. β.
Myrobalanorū citrinorum	3.	ij.
Rosarum	3.	ij.
Aloes	3.	x.

Confice cum cathartico rosato, & da 3.ij. ta-  
men satis est 3. j. & forte nimis. Cum verò à  
Mesue dicitur has pilulas fieri cum cathar-  
tico rosato, intellige electuarium rosatum  
suum solutione educens bilem, & non ele-  
ctuarium de succo rosarum Nicolai, quo ta-  
men non pauci pharmacopolæ vtuntur, cum  
à Mesue dicitur accipiendum esse electuarium  
rosatum: multi que ita faciunt propter expen-  
sas, ut videantur medicamenta viliori pretio  
vendere, quam alii faciant: cum tamen hi, &  
agros decipient, & integras authorum com-  
positiones non seruent. Est alia de hermoda-  
& tylis cōpositio Mesuæ attributa, quam ipse  
inuenit, & qua potissimum vtuntur Alexan-  
drini

drini ex Alexandria Longobardia. Ferrariae  
verò nullus vñquam ea usus est, quod noue-  
rim. Est verò compositio talis:

Recipe Hermodactylorum }  
Aloes } añ. 3. v.

Myrobalanorū citrino. }  
Turbith } añ. 3. ij.  
Zingiberis }

Fac pilulas cum electuatio rosato. da 3. ij. Idē  
verò intellige per electuariū rosatum, quod  
superius factum est per catharticum rosatū:  
nam electuariū rosatum est catharticum, id  
est, purgativum. hæc compositio tam tenues,  
quām crassas materias educit, & tam à pro-  
pinquis, quām à remotis partibus. s e n. Com-  
positionē illam, quæ ex Rhasi accipitur, nun-  
quam audiui. b r a. Efficiam ut impræsentia-  
rum illam audias. Vocat autem illam Rhasis,  
Pilulas de hermodactylis maiores. iubet que  
in dolore iuncturaruim exhibendas, quando  
nec calor, nec rubor in loco fuerit, & æger sit  
frigidæ temperaturæ: & locus, quem tangi-  
mus, vbi cœritudo est, frigidus sentiatur: datq;  
has pilulas in principio curationis. quod an  
conueniat, vel non conueniat, disputare non  
est opus. Compositio verò est hæc:

Recipe Hermodactylorum }  
Satyrionis } añ. 3. v.  
Meisahara }

Hieræ picræ	3.	x.
Colocynthidis	3.	v.
Centaureæ minoris	3.	v.
Euphorbii	3.	ij.
Turbith	3.	x.
Sceitaragi Indi		
Zingiberis		
Sinapis		
Piperis		
Castorei		

Informantur ex his pilulæ, ex quibus à duabus drachmis & semis, aut iij. sumatur. hæc nanque pilulæ valdè conferunt, quia non valentes surgere, incedere faciunt: tamen nos 3. j. non excederemus. Arabes ampliorem medicamentorum copiam ferunt, quam nos ferre possumus. s e n. Nunquam vidi aliquæ has Rhasis pilulas parantem. b r a. Tamen aliqui parant Ferrarie, & non ex infimis. Tu vero semper tuas seruato, scilicet maiores Me-suæ, idq; pro aliis medicis facito: nam de ipsis parum curamus, imò illas nunquam indice-  
mus. s e. Quid intelligit author in hac com-

*Meisahara.* positione per Meisahara? b r a. Recentes dicunt esse Tithymali speciem: sed quænā sit, ignoramus. imò manifestè deprehēditur nō esse Tithymali speciem: quoniam Serapio de eo agéscap. c c c l x v. sub nomine Meizara-gi, extra Tithymali species describit. Quòd autem

autem hoc idē sit, licet non dicat meisahara,  
ex eo apparet, quia inquit cōferre doloribus  
iuncturarū & articulorū: quid verò sit igno-  
ramus. Etenim arbuscula est, in qua descri-  
benda nullā facit Gr̄ecorum mentionē Sera-  
pio: quod obseruare solet, quādo soli Arabes  
de eo simplici loquuntur: quippe adducit so-  
lūm authorem quendam Abuzerig nomine,  
& aliū, qui dicitur Abix. fortè est arbuscula,  
quæ nucē vomicam producit: nam dicit fo-  
lia huius arboris si ponātur in aqua, inebria-  
re pices, quod facit nux vomica. Credendum  
verò est herbam etiam idem efficere: tamen  
de nuce vomica aliās locutus est. In hac re  
sum valde anceps, neq; quicquam certi deter-  
mino, sed hęc anceps profero. SENEX.

**P**oste aquā in his de hermodactylis pī. *Pilulae*.  
Pilulis tanta diuersitas est, ad pilulas lucis cīs.  
sermonē vertamus. B.R. Et in his non desunt  
suæ ineptiæ: quoniā Ferrariæ aliqui parant  
maiores, alii minores, laborē effugere volen-  
tes tot simpliciū, quę maiores ingrediuntur.  
Majorum compositionem referas. SEN. En:

Recipe Rosarum

Violarum

Absinthii

Colocynthidis

Turbith

Cubebæ

}

ana

3.

iij.

Calami aromatici	ana	3. ij.
Nucis moschatæ		
Spicæ		
Epithymi		
Carpobalsami		
Xylobalsami		
Sileris		
Seminis rutæ		
Squinanti		
Affari		
Masticæ		
Caryophyllorum		
Cinamoni		
Anisorum		
Fœniculorum		
Apii		
Casiæ		
Croci		
Macis		
Myrobalanorum citrinorum	añ. 3. iiiij.	3. viij.
Chebulorum		
Indorum		
Bellericorum		
Embllicorum		
Rauedsceni		
Agarici	ana 3. v.	3. viij.
Senæ		
Euphragiae		
Aloes ad pondus omnium.		
	{ Conf.	

Confice cum succo sœniculi. Dosis est à 3.ij.  
vsq; ad 3.iiij. tamē satis sunt 3.ij. ad summum.  
quippe mites sunt, quoniam turbith & colo  
cynthis in modica quantitate ingreduntur.  
reliqua, quæ educunt, vt sunt myrobalani,  
rhabarbarū, agaricus, & aloë, imbecillia sūt.  
Nōnne tibi videtur hæc cōpositio mira atq;  
magna? B R A. Magna quidem, vt pote quæ  
multa simplicia recipiat, sed iudicio meo ine  
pta. Aliquem fuisse arbitror, qui absque ra  
tione omnia in unum congesserit cùm cali  
da, tum frigida, quæ oculis conuenire viden  
tur: neque intentionem considerasse, quæ est  
à capite frigidos humores educere, vt in  
quiunt recentes, nempe Mesue neque de ca  
lidis, neque de frigidis mentionem facit: ve  
rūm hæc compositio calidos etiam educere  
potest. Mesue verò dicit quòd addunt in vi  
sum, & eum roborant, & abstergent instru  
menta sensuum, & expellunt superfluitates,  
& custodiunt sanitatem corporis, & præsumi  
tur super eis absq; necessitate abstineri. Hæc  
Mesue. Ex quibus nō accipitur, quòd crassos  
humores vel tenues educat. Verūm huius cō  
positionis author omnia in unū collegit tam  
calida, quam frigida quæ visui conferant, &  
addit medicamenta omnes materias evacuan  
tia, tā calida q̄ frigida, tā à remotis partibus  
quam à propinquis. SBN. Tuo igitur palato

non sapit hæc compositio? b r. a. Neque meæ  
menti sapit: etenim absque ratione omnia in  
vnus collecta sunt, quæ ad vnā intentionem  
vniversale faciunt, absq; vlla secrezione: an  
sit ob materiam tenuem vel crassam, vel cali-  
dam vel frigidam. verū hæc omittamus. Dic  
autem quid accipis in hac compositione pro  
casia: s. b. Communem casianum. Illam, inquam,  
quam tu cherath longam, vel siliquam ob.  
longam nuncupare soles. b r. O crassâ igno-  
râtia. Hic pro casia opus est simplex illud ac-  
cipere vocatum canella, quæ cinamomum non  
est, sed antiquorum casia. s. e. Subiit nūc me-  
moriæ, te de hac re in Simplicium Examine  
mentionem fecisse. Verùm cùm cinamomo  
careamus, duplum casiae, id est, canellæ acci-  
pere oportebit. b r. Id deinceps facito, & lon-  
gam vocatam casiam in hac compositione  
dimittito, quæ ad rem nihil facit. Vt auté su-  
perius à nobis dictum est, multi pharmaco-  
polæ vt labore euitent potius quām impen-  
fas, pilulas lucis minores conficiunt: cumq; à  
medicis pilulæ lucis indicuntur, has minores  
quas seruant, præbent, quarum hæc est com-  
positio eandem habens intentionem (vt in-  
quit Mesue) cum præcedente:

Recipe Xylobalsami	} ana.	3.	j.
Carpobalsami			
Chelidoniz		3.	v.
			Rosar.

Rosarum	{	an. 3. iii.
Violarum		
Absinthii		
Euphragiæ		
Senæ		
Epithymi	{	an. 3. ii. β.
Myrobalanorum citrinorū		
Chebulorum		
Indorum		
Bellericorum		
Embllicorum		
Agarici		
Colocynthidis		
Squinanti		
Lycii		
Lapidislazuli		
Aloes lotæ ad pondus omnium.		

Confice cum succo fœniculi, aut chelidonie.  
 s.e. Nulla igitur est inter has & præcedentes  
 quo ad intentionē differētia? B.R. Quantū ad  
 hoc quod visui cōferunt, nulla: verū maio-  
 res, et si omne materierū genus educāt, potis-  
 simū verò pituitosas educūt: minores verò  
 potissimū atrabilarias, cūm & ipsæ omnes  
 educere possint. Verū quid accipis pro xy-  
 lobalsamo & opobalsamo? S.E. N. Id quod alii  
 accipiunt pharmacopolæ. B.R. In primis sta-  
 tim huius compositionis simplicibus errare  
 incipis, quāuis et si hæc duo simplicia abesset,

non magnificerem. Vulgus id recepit veluti proloquiū, oportet sāmū visuī mirum in quodum conferre: quod tamen nec cōstat, nec rationabile est, nec ab aliquo fide digno authore proditū est. At in usum venit cū vulgus profert hoc nōmē balsamus, statim rem quādam mirabilem, & veluti diuinam concipiāt ac pretiosissimam, qua ægritudines omnes expelli possint. s e. Meum igitur in orē & deinceps sequar, maiores lucis pilulas cōficiens.

**B R.** Ut lubet facito, scitoq; hanc compositionem diu perdurare non posse: quia paucissima glutinosa recipit. Intellige verò glutinosa, ut mel, eclegmata, sacchariū, mel rosaceū, & etiam genera gumi, quæ vim simplicium seruare possunt. Differunt verò gummi genera ab aliis: quia & si gummi genera vim seruent medicamentorum, tamē cōpositiones prædure efficiuntur. Mel verò & mel rosaceum, & electuaria compositiones molliores seruant.

SEN BX.

**P**illulae alandaal cōsequuntur. **B R.** Cūm ducat apud Mesuen sub hoc nomine cōpositiōnes, quam sequeris? s e. Primā cōpositionem sequor, quā Mesue dicit esse Hermetis, & illam paro, atq; seruo, quæ valet ad sodam antiquam, & ad difficultēm hemicraneam, & ad ægritudines neruorum, & iuncturarum. hæc verò est illarum cōpositio-

Recip

Recipe Trochiscorum alandaal	3.	xij.	.
Hieræ simplicis	3.	vij.	.
Masticæ	3.	iij.	.
Salis gemmæ	aur.	j.	.
Ladani	3.	j.	.

Omnia, præter ladandum & masticen terantur, & cribellentur, & in vnum misceantur: masticæ verò puluerisetur cum paucō oleo nucum, & liniantur cum eo species, id est, pulueres triti. deinde cuin ladano confiantur, & in mortario terendo pistillo calido fiant pilulæ crassæ. da à 3. β. vsque ad 3. j. B.R. Sunt vehemētissimæ pilulæ, & quæ à remotis partibus impetuose ducunt. His quandoq; vsus sum in morbi Gallici doloribus, cum caput & iuncturas vexant, & mirè contulerunt: tamen quia tormenta commouent, & ventriculum subuertunt, & is, qui accipit, per tres dies appetentiā non habet: propterea ab his ipsis abstinere cœpi, & earum loco pilulis Alexandri vtor, de quibus postea mentionem faciemus. Pituitam vehementer educunt à remotissimis corporis partibus. De trochiscis Alādaal nihil impræsentiarum dicemus, qui ex colocynthide confecti sunt, quoniam de ipsis in libello de Trochiscis agemus. Tu locum illū perlege, si colocynthidis præparationem noscere cupis. s.B. Sunt etiam nōnulli qui secundā Mesue cōpositionem parat. B.R.

Scio, & ad eadem valet, ad quæ primam conferre dictū est: tamen sunt minus calidæ primis. Hæc est earum compositio, quæ (ut inquit Mesue) sublimis est ad cerebri ægritudines, & neruorum pituitosas, & iuncturarum:

Recipe Trochiscorum alandaal 3. x.

Salis gemmæ 3. j.

Ladani 3. xij.

Olei rosarum quantum sufficit.

SEN. Per gulam optimè discurrete debent.

B R. Optimè propter oleum Desimplicibus, quæ has cōpositiones ingrediuntur, in Simplicium Examine dictum est. Ladanum prius cum oleo misceto, deinde sal gemmæ, & trochiscos.

SENEX.

*Pilulae de  
lapide Lazuli.*

S Va sedes pilulis de lapide lazuli in hoc loco data est. B R. Hæ sunt in magno usu vbiique, & alicubi illæ de lapide Armeno parantur. Tu impreseñiarum compositionem pilularum delapide lazuli in medium afferas. S E. Hæc est apud Mesuen cōpositio, quæ ad ægritudines melancholicas valet, & ad billem adustam:

Recipe Lapidis lazuli abluti 3. v.

Epithymi } ana 3. viii.

Polypodii } ana 3. ii. β.

Scammonii }

Helleborinigri } ana 3. ii. β.

Salis Indi }

Agar

Agarici    3. viij.  
 Caryophyllorum                                } ana 3. iiiij.  
 Anisorum  
 Hieræ picræ                                    3. xv.  
 Confice ex succo endiuiae, & da drachmas ij.  
 cum aqua casei. B.R. Ego nunquam excederé  
 3.j. nam sunt pilulæ satis vehementes. ad can  
 crum valent, ad quartanam, ad lepram, & ad  
 alias atrabilarias ægritudines. Eandem ferè  
 inscriptionem habet Serapio in suo Antido-  
 tario. Quomodo autem lapis lazuli abluen-  
 dus sit, superioris dictum est: & ille modus est  
 ac regula ablueri omnes lapides. At cùm  
 non desint pharmacopolæ, qui pilulas de la-  
 pide Armeno confiant, ab re non erit earum  
 compositionem adducere, quæ valent ad a-  
 tram bilem euacuandam, & bilem adustam,  
 & omnibus morbis conferunt ab his humo-  
 ribus factis. ita verò conficiuntur:

Recipe Lapidis Armeni loti    Pilulæ de  
 & præparati                                        } ana 3. v. lapide Ar-  
 Hieræ picræ                                        } meno.  
 Epithymi  
 Polypodii                                        } ana 3.vij.  
 Agarici  
 Scammonii cocti in cydonio    3. iiij. f.  
 Caryophyllorum                                    3. ij.  
 Salis Indi    3. j. f.  
 Confice cum succo solatri. se n. Mihi viden-

tur vehementiores esse, quam illæ de lapide  
lazuli. b R. Imò sunt vehementiores, & nō so-  
lùm bilem atram educunt, sed & flauā: quan-  
uis & præcedentes bilem educat ratione scā-  
monii. Simplicia quæ has compositiones in-  
grediuntur, in nostro Simplicium Examine  
expensa iam sunt. Diu perdurare non pos-  
sunt hæ pilulæ, quia nihil recipiunt glutino-  
fi, & veluti lapis tempore durescut. s E. Nón-  
ne & Indæ pilule atræ bili conducunt? b R A.  
Conducunt quidem, sed non sunt adeò vehe-  
mentes ut illæ de lapide lazuli, & adhuc mi-  
nus quam illæ de lapide Armeno. Nonnulli  
putant non fieri pilulas de lapide Armeno, &  
in vſu nō esse, quia Armeno lapide caremus.  
Verum hi decipiuntur: nam & lapis Arme-  
nus habetur ex Armenia comportatus, & ex  
Germania. Non enim existimandum est spe-  
ciem illam lapidis nō esse in alia Mundi par-  
te, quam in Armenia: sed quia probatissimus  
est in Armenia, propterea Armenus nuncu-  
patur. Habet ferè enndem colorem cum la-  
pide lazuli, de quo in nostro simplicium Ex-  
amine egi. in aurifodinis reperitur, & est ferè  
semper chrysocollæ mistus. Nos & ex Arme-  
nia, & ex Germania domi habemus chrysocollæ  
mistum, & experti sumus abluto matrā  
bilem egregiè soluere, & solūm Ð. j. dedimus  
hieræ mistum. Alexanderque Trallianus ca-  
pite

p̄te vigesimo secundo primi libri, Armenum  
lapidem veratro præfert, ut p̄te in quo sit  
minus discriminis quām in veratro. & dicit  
habere vim purgandi egregiam, tam per su-  
perna, quām per inferna, & tam lotū, quām  
non lotum: tamen lotus nullam molestiam  
nullumque angorem afferre potest. refertq;  
compositionem quandam pilolarum ex la-  
pide Armeno hoc modo confectam:

Recipe Picræ

Epithymi	}	singulorum obolos octo.
Agarici		

Lapidis Armeniloti	ʒ. β.
--------------------	-------

Scammonii	Ʒ. iiiij.
-----------	-----------

Caryophyllorum	obolos duos.
----------------	--------------

Qua autem re conformentur, docet in alia  
compositione quam statim adducit, iuxta re-  
centiores sui temporis, quæ hæc est:

Recipe Picræ

Epithymi	}	sing. diobolos iiiij.
Agarici		

Lapidis Armeniloti	Ʒ. iiij.
--------------------	----------

Scammonii	Ʒ. iiij.
-----------	----------

Caryophyllorum granum vnum.	
-----------------------------	--

Contundito singula de more, & redige in pi-  
lulas cum melle rosaceo, vel succo mali medi-  
ci. Dosis verò esto ad minimum Ʒ. iiij. ego usq;  
ad 3.j. exhibeo. Optarim ut hæc compositio  
passim haberetur: nam (ut idē Trallianus di-  
cit).

cit) stomacho robur inducit : & multifarios humores euacuat , præsertim terreos , & atrabilē citra angustiā soluit: neq; est quod in huius lapidis vsu quicquā periculi sp̄eres , quoniā neq; strangulatū aliquē , neq; animi deliquia more veratri albi inducit . Mesue in ca. De soda frigida , hanc secundam Alexandri compositionem per hunc modum refert:

Recipe Hieræ picræ

Epithymi

Agarici

Lapidis Armeni & præpa-

Scammonii præparati

Caryophyllorum

{ rati } ana 3. iiiij.

3. v.

3. j.

Fac pilulas cum aqua rosacea . dosis 3.j. s EN . Parum differunt . B R A s . Imò eadem esse deberent . s B N . Vis ergo ut hanc Alexandri compositionem paratam seruemus , & ex lapide Armeno ex Germania comportato : B R A . Id summè optarem : & simul alii medici , quod pro ægris suis indicerent , præscirent . s EN .

Pilulæ de  
benedicta.

**C**ontineri nō possunt pilulæ de benedicta , quin huc sponte sub examen venerint . B R . Quis est harum pilularum author? s B N . Certe ignoramus , nisi ex Nicolai benedicta accipientur . B R A s . Inde initium habere certum est : nam benedicta Nicolai frigidæ podagræ confert , arthritidi , renibus , quoties ex frigiditate affecta sint . Est vero eius

etius compositio talis:

Recipe Turbith	}	ana	3.	x.
Esulae				
Sacchari	}	ana	3.	v.
Diagridii				
Hermodactylorum	}	ana	3.	
Rosarum				
Caryophyllorum	}	ana	3.	j.
Spicæ				
Zingiberis	}	ana	3.	
Croci				
Saxifragæ	}	ana	3.	
Macropiperis				
Amomi	}	ana	3.	
Cardamomi				
Lithospermatis	}	ana	3.	
Petrocelini				
Salisgemmae	}	ana	3.	
Galangæ				
Macis	}	ana	3.	
Carui				
Fœniculi	}	ana	3.	
Sparagi				
Brusci	}	ana	3.	
Granorum solis				

Mel quod sufficit. Detur in sero ex vino calido, ad modum castanæ. SE. Hoc est eclegma de benedicta, quo utimur. B.R. Obstetrics Ferriæses in yteri affectibus hac benedicta absque

que vlla affectus cōsideratione vtuntur. Pulueres absq; melle accipiuntur, & ex succo fœniculi pilulæ fiunt: vel, vt alii, ex melle rosato, vt diutius perdurent. nam ex melle confectæ nō exiccātur: ex aqua autē fœniculi ferè lapi descant. Datur harū pilularum drachma vna, & etiam scrupuli quatuor. Qui hāc compositionem describunt, ita inquiunt:

Recipe Specierum de benedicta 3. vj.  
Ex melle rosacco, vel ex aqua fœniculi, qm̄tum satis est, fiant pilulæ. Omnia simplicia quæ hanc compositionem ingrediuntur, in nostro Simplicium Examine prodata sunt.

## SENEX.

*Pilulae de cynoglossa.* Pilulæ de cynoglossa tanquā illæ, quæ len to gradu profectæ sunt, vltimo loco accessrē. BRAS. Ex quo autore accipiuntur? SE. Ex Nicolao. BR. Quomodo ex Nicolao, cum alii pharmacopolæ ex Mesue potius accipient? SE. Apud Mesuen nūi quam legi pilulas sub hoc nomine de cynoglossa. BRAS. Evidem sub hoc nomine à Mesue non describuntur, sed sub eo nomine, Pilulae ad omnes morbos catarrhi, & coryze, & tuisis catarrhalis. SEN. Memini me vidisse has pilulas, & in quorundam medicorum gratiam præparasse. BR. Multi pharmacopolæ has servant, & non illas Nicolai. sed Nicolai compositionem nunc referas. SEN. Hæc est:

Reci

Recipe Cynoglossæ			
Opii	ana	3.	iiiij. Pilulæ ad omnes mor
Seninis iusquiam i			
Myrræ	3.		vj. bos catara
Olibani	3.		v. rhi, cory=
Caryophyllorum	3.		ij. Zæ, & tufæ
Cinamomi	ana	3.	ij. sis.
Corymbi			

Temperetur cum rhodostomate, id est, cum aqua rosacea, & conformentur pilule ad modum ciceris, ex quibus dentur quinq; vel sex cum itur doritū. Nos damus vñā maiore.

B R A. In hac compositione duo consideranda occurruit: vnum est, aliquos Nicolai codices cozumbri, alios corymbi. Si legamus corymbi, facile est videre quid sint: nā sunt hederae flores, qui in vnam massam collecti hoc nomine vocantur, pro eis autem accipienda sunt semina. Tamē neq; apud Dioscoridem, neq; apud Galenum vsquam inuentū est corymbos tussi cōuenire, vel destillationi: neq; tenuē materiā crassiorē reddere possunt, sed potius econtratio facerent: quanvis ex duplice substantia cōstare dicat Galenus, ex frigida, inquam, terrea & adstringente: ratione cuius tenuem destillationem incrassare possent simul cum aliis in compositione præscriptis: constantq; ex substantia calida. Sed ne lo-  
gius te protrahā, suspicor hic nō esse legendū corym

corynbi, sed potius cozumbri. s.e. Ego semper accepi in hac compositione corymbos: ignoroque quid tu per cozumbri intellige.

**Cozumbri.** repositis. b.r.a. Arabes vocant Cozumbri styracis fecem: nos verò hic intelligimus ipsam styracem: nam tussi conferre, destillationibus, grauedinibus, & faucibus dicit Dioscorides, & Galenus confirmat. Cùm verò apud Arabes vocabulum cozumbri sit potius falsi styracis nomen, & eius fecis, quām veri, putamus hinc fuisse corruptum vocabulum: quia Græci styram adulteratam συράνη. τλιν vocant, quasi vermicularem: inde corruptio contigit, & pro scolecite cozumbri legunt. s.e. Styrax igitur accipienda est. b.r.a. Accipienda, vt arbitror. s.e. Quidnam illud est, quod secundo loco considerandum proponebas? Id est, ex quo tota compositio confititur & conglutinatur, scilicet rhodostoma. s.e. Nōnne est aqua rosacea? b.r. Evidem: nam Græci sua vulgari lingua ita vocant a quam rosaceam vi ignis eliquatam: tamen suspicati quandoq; sumus, an legi oporteret rhodostacte. Est verò rhodostacte antiqua cōpositio, qua facile cōcinnari possūt catapotia. Fit autē (vt Paulus docet li. septimo, c.xv. circa finem) ex succi rosarū exectis vnguibus sextariis duobus: mellis sextarium vnum decoquito usque despumādo, donec pars quar-

**Rhodostoma.**

**Rhodostacte.**

ta coctura euanesat. Si hæc cōpositio ex rhodostomate fiat, diurna nō est: ex rhodosta cte verò diu perdurare potest, & vim medica mētorū seruare magis, q̄ si ex aqua rosacea: licet & gūmi vim medicamētorū seruent. Primo igitur gunimi in aqua rosacea dissoluantur, alia deinde cōmisceantur. Hæc de Nicolai cōpositione, quam tu paras, satis sint. In aliis autē officinis inueniūtur pilulæ Mesue de cynoglossa, quas tamen ipse non vocat de cynoglossa, sed pilulas ad omnes morbos catarrhi, coryzæ, & omnis tussis catarrhalis. At hæc simpliciter vera nō sunt, quippe solū cōfert destillationibus calidis & tenuibus, quas egregiè sūstinet. Nōnulli sunt, qui eas vocāt pilulas alchazaber. Verū id ēst ac si dixissent de cynoglossa, quo nomine etiā alii in hac cōpositione vtuntur: quartū cōmīstio hæc est:

Recipe Myrrhæ puræ	3.	vj.
Olibani	3.	v.
Opii		
Iusquiamini	3.	iiij.
Croci	3.	j. β.
Radicum linguæ canis	3.	iiij. β.

Fiant pilulæ, & administrētur, & da à 3 β. usque ad 3 j. Cōfici autem debent, aut ex oxy melle, aut rosaceo melle, aut aqua rosacea. Veruntamen id te non lateat, Mesuen in fine summæ quartæ in cura catarrhi, descriptio-

nem quandam pilularum posuisse ex sententia Alexandri, quas dicit vocari pilulas halchaiber, ubi loquitur de medicamentis ad tussim catarrhalen, frigidam. haec vero est ea ruin compositio, ut refert Mesue:

<i>Pilulae al-</i>	Recipe Myrrhae	3.	ij.
<i>chaiber.</i>	Thuris masculi	3.	ii.
	Opii		β.
	Hyoscyami	{ ana	ij.
	Radicu alchalchacar siccę		

Confice cum succo Alcazaber humidae, da ex eis a tribus usq; ad quinq; in sero: sunt enim mirabiles. SEN. Quid significat Alchalchacar? BR. Cynoglossam. SEN. Nonne & Alchazar idem significat? BRAZA. Ita inquit: sed sunt barbara nomina, &, ut arbitror, corrupta. SB. Reperiunturne apud Alexadrū ha pilulae? BR. Maximē: verū ipse non vocat pilulas de cynoglossa, sed bechicas: quarum superius in bechicis pilulis mentionem fecimus.

& Paulushas mirificè effert tanquā validissimas, & quæ medendo acti & tenui fluori plurimū valēt, cuius beneficio plures vidi una duntaxat potionē sanatos, quæ & succurrūt exumiē sanguinis fluori per quācūq; eat partē. SE. Differtne cōpositio, quā refert Mesue, ab illa vera Alexandri: BRA. Solū in pondere differunt, & in materia, ex qua glutinantur simul simplicia. SEN. Alexandri igitur compo-

positionem referas. BR A. Hæc est:

**M**vr rhæ troglodyticæ denariū podo  
Thuris denariū pondo quinque. vj. Pilulæ Ale-  
xandri.

Lacrymæ papaveris	{ añ. denariū Hyoscyami
Radicis cynoglossi	

Cortices prius in sole exiccate in puluerē re-  
digantur, & per cribrum traiiciantur, post-  
ea cum aliis confundantur. Papaveris verò la-  
crymam, quam opium vocant, aqua diluito,  
fac deinde pastillos pondere singulos dena-  
riū vnius, dato cuiq; pro suis viribus, & mor-  
bi magnitudine. hæc Alexander lib. ij. ca. iiiij.  
SE. Certè parum differunt, sed cur dat pro vi-  
ribus, cum non exoluant? BR. Id facit ratione  
opii. nam in viriū imbecillitate ea, quæ opiuī  
recipiunt, danda non sunt, ne modicus ille ca-  
loř, qui adest, extinguatur. Tu igitur institu-  
tum prosequaris. S E N B X.

**N**ihil aliud mihi dicendum supereſt, cum  
pilulæ omnes, quæ Ferrariæ in uſu ha-  
bentur, iam enarratæ ſint. BR A. Tam pauca  
ſunt apud vos pharmacopolas pilularum ge-  
nera? SE. Non plura Ferrariæ: tamen vnum  
aliud genus mihi in mētem venit, quo tu vte-  
ris, & cæteri, qui te ſequuntur, medici. BR A-  
S A V O L VS. Quodnam? SE. Id genus, quod tu  
nonnunquam vocas pilulas de nitro, ut pluri-  
mūm pilulas Alexandri. BR A S A V O L. Im-

neq; istud genus prætermittendū erat: nā capite vehemēter educunt, ab extremis partibus, & à iuncturis, & omne materierū genus expurgāt, tam crassarū, quām tenuiū, tam pītuitosarū, q̄ atrabilariarū & biliosarū. Centē inueni has pilulas in iuncturarū doloribus miras, in podagra, in chiragra, in capitib⁹ dolore: in Gallico morbo ea vidimus, quē dictū ferē incredibilia videntur. Mesue in cap. De epilepsia, hanc compositionem adducit secundum Alexandrum, dicitq; nullas esse fortiores pilulas his ad epilpesiā, arthritim, & podagram. Earum verò compositio hæc est:

Recipe Aloes	{	ana partem v. nam.
Colocynthidis		
Scammonii		
Bdellii		
Hellebori nigri		
Corticū gummi		
Euphorbii	{	ana partem se mis.
Baurach		

Confice cū succo cauliū, dosis est à 3. j. vsq; ad iiij. tamē ego nūquā excedo drac. se. Vnū est, in quo ambigo in his pilulis, de quo volnī te se pius interrogare, & semper oblitus sum, quid scilicet intelligendū sit per corticē gūmī. BR. Respōdere possem intelligendū esse corticē arboris gummi mistū, vel partē crassiorem: tamen quia arbitror veram gummi cōpositiōn

tionem ingredi oportere (si ingredi debeat)  
 & nō aliquid superfluum: propterea in Me-  
 sue ita legendum arbitror, corth, id est, gum-  
 mi. Scriptores verò simul coniunxeré illam  
 particulam, id est, cum illa corth, & legérē  
 corthi, quam dictionem alii trāscribentes di-  
 xérē corticum gummi: cùm tamen legi de-  
 beat corth, id est, gummi: nam hoc nomine  
 Arabes vocant gummi. Tamen non mihi pla-  
 cet, vt in hac compositione Mesuen imite-  
 ris, sed Alexandrum, qui de gummi nihil di-  
 cit, sed pro gummi, comi scriptum est, quum  
 inquit:

Recipe Aloes

Colocynthidis

Scammonii

Bdellii

Corticis veratri nigri

Comeos

Euphorbii vnciam vnam,

Nitri vnciam diuinidiam.

} singul. ȝ. β.

Excipe succo brassicæ, & redige in catapo-  
 tia. dosis est ȝ. iiij. seu iiiij. pro ægri robore.  
 Fortè error illius particulæ corticū gummi  
 hic fuit: quia dicit prius veratri nigri corticis,  
 postea sequitur ameos: Mesue autē dixit ami,  
 & librarius cōiunxit illam particulā corticis  
 cùm illa ami, legitq; gūmi & ami. Quicquid  
 verò sit, tu cōpositionem illā conficere debes,

quam nuper ex Alexandrilib. cap. xxij. addi-  
xiimus. s.e.n. Eam deinceps parabo. b.r. Extat  
& apud Galenum prope finem quinti libri  
Methodi medendi compositio quædam, quæ  
huic similis videtur. & Galenus eodē loco di-  
cithas esse suas pilulas, quæ à capite purgant  
plures excrementorum species. s.e. Composi-  
tionem refer. b.r. Hæc est.

Recipe Aloes      }  
Scammonii      }  
Colocynthidis      }  
Agarici      }      ana partes æqales.  
Bdellii      }  
Gummi Arabici      }

*Pilulae de sex rebus.* Misce, & fiant pilulæ. s.e. Plerunq; hanc com-  
positionem in Nicolai Leoniceni gratiā con-  
ficiebam, & ipse illam vocabat, Pilulas de sex  
rebus. b.r.a. Mihi verò nunc succurrit in tua  
officina nonnunquā audiriisse eundem Leo-  
nicenum pilulas de sex rebus indicentem. s.e.  
Fieri potest.      B R A S A V O L V S.

*Pilulae sebel- lie.* **A**Te scirevelim diligentissime Senex, cur  
sebellias pilulas à Sebellio authore in-  
uentas non seruetis. s.e. Nunc nō succurrunt  
mihi hæ pilulæ. b.r. Ultimæ sunt in Mesue An-  
tidotario, vbi de pilulis agit. Hæc autem est  
illarum compositio:

Recipe Spicæ Indæ	3.	v.
Spicæ Romanæ	3.	ij.

Raued

Raued			
Agarici	{ añ.	3.	iiij.
Epithymi			
Costi			
Mastiches	{ añ.	3.	iiij.
Chamædryos			
Amomi			
Croci	3.		iij.
Myrrhæ			
Cinamomi	{ añ.	3.	j.
Caryophyllorum			
Squinanti			
Aloes	3.		x.

Fiant cum vino antiquo. da 3. ij. cum vino permisto. Hæ Mesuæ sunt pilulæ satis mites, & quæ plurimum prosunt. Soluunt enim materiam biliosam, crassam, & iecoris, splenis, ac stomachi obstructiones aperiunt. hydropi conferunt aquam eduentes. s e n. Memini me quandoq; seruasse has pilulas in officina: sed posteaquam vidi nullum medicum ipsis i vti, & pyxidé & pilulas ab officina eieci. b r. Vtinam id fecisses de multis aliis pilularum compositionibus: nam paucissimæ sunt, quas verè probé. Sed cur Imperiales pilulas omisi- sti, & de styrace, de croco, de colocynthide, & multas alias? s e. Quia Ferrariae in usu non sunt: & si quis eas confidere voluerit, nūquama vendentur. b r. A. Igitur huic sermoni de Pi-

lulis finem faciamus. s e. Vt lubet, modò si-  
gulatim omnes pilulas iterum recensemus, de  
quibus superius dictum est, & breui ad quid  
conferant, explicare tētes. B R A. Vis igitur, vt  
eundem laborem iterum sumamus? s E N. Nō  
erit idem labor: sed erit, breui in memoriam  
reducere ea, quae iam promiscuè, sparsim &  
confuse explicata sunt. B R A. Ne videar in re-  
tam exigua tibi obtemperare nolle, id liben-  
ter efficiā: sed tali ordine pilulas explicabo,  
vt mihi in mentē venient, s E N. Res est nullius  
momenti hic ordo. B R A. Audias igitur:  
Pilulæ aggregatiæ omnes humores educūt,  
præfertim illæ Mesuæ, & antiquis febribus  
conferunt, & ægritudinibus capitis, stomachi,  
iecoris, lienis, & omnium membrorum.  
Aggregatiæ autem maiores humores cras-  
tos potius educunt.

Pilulæ Alefangiæ educunt humores crassos,  
pituitosos, mundificant stomachum, cere-  
brum, & instrumenta sensus, concoctionem  
adiuant, & doloribus ventriculi & intesti-  
norum conueniunt.

Pilulæ de hiera simplici educunt biliosas ma-  
terias, crassas, & pituitam, quae in ventri-  
culo, iecore, ac viis potissimum sit: & ventri-  
culo, ac capiti imbecillioribus conueniunt, his  
mirum in modum prosunt, quibus vel ob  
studium literarium, vel ob aliud simile ven-  
tricu

triculus imbecillis effectus sit.

Pilulæ de hiera cum agarico bilē educūt, & pituitā: capiti cōferunt, vētriculo, & pectori. Pilulæ de hiera Logadii atrabilarias materias & pituitosas vehementer educunt, imò & bilem educunt: impeditā locutionem ex quacunque causa fuerit sanitati restituunt: paralyſi conueniunt, tremoribus, epilepticis, & omnibus ferè capitī morbis, extremitatū, & partium neruosarum.

Pilulæ de rhabarbaro biliosos humores & crassos educunt: febribus ex diuersis humoribus putridis conferunt: dolori iecoris, & hydropis succurrunt.

Pilulæ de tribus cum rhabarbaro bilē crassam, & pituitam educunt: ventriculo conueniunt, capiti, atque pectori.

Pilulæ de Alſaiareth ventriculo conueniunt, capiti, & iecori, & bilem crassam educunt, ac pituitolam materiam.

Pilulæ Indæ atram bilēm exquisitè educunt, ægritudinibus atrabilariis cōueniunt: quartanæ, tremori, maniæ, & lienis duritiei.

Pilulæ Sine quibus esse nolo, educunt bilēm atram, atq; flauam, & pituitam: caput mirè purgant, suffusionibus conueniunt, oculorum obscuritati, iliosis, & aurium dolorem soluunt.

Pilulæ de Agarico educūt humores crassos,

putridos, pituitosos: pectori conferunt, asthmati, & tussi antiquæ.

Pilulæ aureæ bilem purgant, & pituitam: capiti conferunt, oculis, ventriculo, iecori.

Pilulæ fœtidæ humores crassos educunt, pituitosos, & atrabilarios. iuncturarum doloribus conferunt ex crudo & pituitoso humore: lepræ conueniunt, morphæ, & dolori ventriculi à materia crassa & flatu.

Pilulæ cochiæ biliosos humores educunt, & pituitosos crassos. hemicranæ conueniunt, dolori ventriculi, & illi.

Pilulæ de hermodactylis maiores frigidos iuncturarum humores educunt, & frigidis morbis conueniunt. minores valent ad materias calidas iuncturarum, & calidis morbis conferunt.

Pilulæ Arabicæ purgat omnem humores tam frigidos, quam calidos: tam crassos, quam tenues. letitiam inducunt, sensus roborant: capitum doloribus, aurium, & dentium conueniunt. idque faciunt in omni ætate.

Pilulæ lucis maiores pituitam magis educunt, minores attrahunt bilem magis. visum & sensus roborant: caput, & totum corpus ab omnimateria evacuant.

Pilulæ communes, biliosas materias, crassas educunt. ventriculo conferunt, & capiti, & à pestilentia præseruant.

Pilu

Pilulæ bechichiæ nihil educunt, sed tussi conferunt ex materia tenui calida, & destillationi, quæ ad pectus fluat.

Pilulæ de cynoglossa magis, quam bechichiæ (quanuis & ipsæ bechichiæ sint) valent ad destillationem tenuem & calidam, & ad omnē genus catarrhi & tuſſis, potissimum ex tenui materia.

Pilulæ mastichinæ biliosos humores educunt, crassos, & pituitosos. vetriculo conueniunt, pectori, & capiti.

Pilulæ stomachicæ biliosos humores & pituitosos educunt: concoctionem perfectiorem faciunt: cerebrum & stomachum à corruptis humoribus purgant, appetitiamq; excitāt.

Pilulæ Ajandaal pituitam & humores crassos educunt, idque faciunt à iuncturis, & à capite, & à partibus löginqvis, & capitido loribus conferunt.

Pilulæ de mezereon educunt aquam citrinā, & aliam, præterea. asciticis mirum in modū conferunt.

Pilulæ de benedicta pituitam cum bile à remotis partibus educunt, & à iuncturis. potissimum renibus conferunt, & vesicæ.

Pilulæ de eupatorio bilem crassam educunt, & pituitam: periodicis febribus conueniunt, & longis: iecoris doloribus & obstructiōnibus opitulantur, & icteritiam delent.

Pilulæ de sarcocolla pituitam educunt, & omnibus pituitosis ægritudinibus cōferunt.  
 Pilulæ de Serapino educunt pituitam crassam, glutinosam: paralyſi conueniunt, iuncturarum doloribus ac dorsi, modò à frigida causa contingant. podagræ succurrunt, & frigidæ chiragræ.

Pilulæ de Aloe educunt bilem crassam pituitæ mistam. roborant ventriculum: & capitidis doloribus, qui à ventriculo dependent, conferunt.

Pilulæ de lapide lazoli humores atrabilarios educunt, & adustam bilem: quartanæ conferrunt, cancro, & omnibus morbis atrabiliariis. Indicis præponendæ sunt.

Pilulæ de lapide Armeno ad idem valent, & sunt adeò mites, vt absq; molestia & angore educant, & omnes alias præcellunt ex his quæ atram bilem educunt.

Pilulæ de nitro omnes humores educunt, tam tenues, quam crassos: tam calidos, quam frigidos, & ab omni parte tam longinqua, quam remota: vnde omnibus iuncturarum morbis, & capitidis competunt. Hæ sunt (vt arbitror) venerande Senex omnium Pillularum vires, quarum superius in Examine mentio facta est: nisi genus aliquod mentem nostram effugerit. SEN. Nullum genus mihi succurrit, de quo vires adductæ non sint.

Sint. b r a. Prandii hora instat, & à me ægri  
quidam inuisendi sunt, vt illis victum insti-  
tuā: vel hic me expectato, vel negotia quæ-  
dā interim expediā, vt opportunē in pran-  
dio mecum esse possis. s e n. Hoc tibi spon-  
dere non decreui: sed à prandio statim ad  
te accedam, vt deniq; huic sermoni de Com-  
positis medicamentis finem faciamus. Nam  
post Catapotia, vehementer opto, vt medi-  
camenta cathartica recenseamus, quæ vel li-  
quida sunt, vel consistentie mellis formam  
habent, aut paulò densiorem: ne in his cō-  
ponendis error aliquis in nostra officina  
contingat. b r a. Id pro viribus efficere  
nitar, vt in eo quod possum tibi fa-  
ciam satis. Interim, ô famule, mulā  
adducito. Vale Senex, & postea-  
quam in prandio nobiscum  
tibi esse non licet, à pran-  
dio te expectabo. s e-  
n e x. Statim ac-  
cedam.

F I N I S.

INDEX EORVM,  
que in hoc Pilularum libel-  
lo continentur.

<b>A</b> ccidētia antrāf eant de subie- cto in subiectū 51	Esiila 179
Alchalchacar 210	<b>G</b> ingidium 152
Aloe quomodo lava- ri debeat 41	<b>G</b> lobuli 34
Alseebram 179	<b>H</b> armel 164
Armal 164	<b>H</b> armal ibid.
Armel 164	Harmala ibid.
<b>B</b> enedicta cōpo- sitio 204	Hiberis 155
Besasa 164	Hiera picravocata 56
<b>B</b> ρυχικό <sup>ρ</sup> medicamen- tum 174	Hiera themisonis 67
<b>C</b> ardamātice 155	Hypoglossa medica- menta 175
<b>C</b> arpesium 163	Hippolytæ Farufinæ
<b>K</b> αταπότια 34	mentio 108
Chamælea 186	<b>I</b> Niuria quōd nō re- ferenda, & quōd
Kénos 34	is sibi facit iniuriā,
Cozumbri 208	qui aliis iniuriā re- ferre studet 12,13.
<b>D</b> uniculus 159	Iberis 159
Asypus 159	<b>L</b> Apis lazuli, vel
<b>E</b> lectuariū rosa- tum 147	Cyaneus 115
	Lapis Armenus 116
	Lepidion 154
	Lepus 159
	Meisa

I N D E X.

- M**eisahara 192  
**M**ezaragi 192  
**M**ezereon 185  
**M**oly 164  
**O**rbiculi 34  
**P**uerella 158  
**P**ilulæ vnde di-  
&æ, quid sint, & de  
earum forma 33  
Pilulæ Alefanganæ, &  
vnde dicantur 37  
Pilulæ de aromatibus  
& vnde dicatur ibi.  
Pilulæ de simplici hie-  
ra Galeni 55  
Pilulæ de hiera cum  
agarico 77  
Pilulæ de hiera Loga-  
dii 82  
Pilulæ stomachicæ 86  
Pilulæ mastichinæ 98  
Pilulæ aslaiareth 100  
Pilulæ de rhabarba-  
ro 103  
Pilulæ de raued sceni  
103  
Pilulæ de tribus cum  
rhabarbaro 109  
Pilulæ cōmunes ibid.  
Pilulæ de tribus Rusi  
110  
Pilulæ de aloë 113  
Pilulæ Indæ 114  
Pilulæ Arabicæ 117  
Pilulæ Sine quib. 120  
Pilulæ de fumo terræ  
124  
Pilulæ de agarico 125  
Pilulæ quæ abstergunt  
pectus 129  
Pilulæ aureæ 130  
Pilulæ de turbith 132  
Pilulæ cochiæ 136  
Pilu. aggregatiæ 143  
Pilu. de Serapino 167  
Pilulæ bechichiæ 173  
Pilulæ fœtidæ 177  
Pil. de sarcocolla 183  
Pilu. de mezereon 185  
Pil. de eupatorio 186  
Pilulæ de hermoda-  
& stylis 188  
Pilulæ lucis 193  
Pilulæ alandaal 198  
Pilulæ de lapide lazu-  
li 200  
Pilulæ de lapide Ar-  
meno.

# I N D E X.

meno	201	Ruta sylvestris	166
Pil. de benedicta	204	S Al Indum	97
Pi. de cynoglossa	206	Sal nigrum	96
Pilulæ ad omnes morbos catarrhi, coryzæ & tuassis	207	Sataragi	151
Pilulæ alchazaraber	210	Scebram	179
Pilulæ Alexandri	211	Sceitaragi	151
Pilulæ de Nitro	211	Setoragi	ibid.
Pilo de sex rebus	214	Sextarium	106
Pilulæ Sebelliæ	ibid.	Siliquastrum	157
Piperitis	157	Species hieræ Galeni	
Piper Hispanum	158	ss	
<b>R</b> Aphanus	154	<b>T</b> Hymelæa	186
Rhodostoma	208	<b>V</b> Incitoxicum	
Rhodostacte	ibid.	160	
			F I N I S.

FRANCISCI BOVII FERRARIENSIS, *ad lectorum epigramma.*

Moribus & virtute prius Centaurus Achillem,  
 Mox etiam medicus artibus instituit.  
 Sic tibi dat MVSAB Brasauli, lector, utrumque  
 Exiguus chartis, magnus at arte liber.  
 Nam docet, afficitus qua sit ratione regendus:  
 Ne quis cupido animū, neq; gravis ira premat.  
 Tum globulos medicos examinat ore vorandos,  
 Qui sint, quis vires, pondera quanta ferant.

# MEDICAMENTA

PVRGANTIA, VOMITORIA

ET ALVI SOLVTIVA, ORDI-

ne *alphabetico*, Conrado Ges-  
nero authore.

CONRADVS GESNERVS MEDI-

cus Tigurinus Lectori S.

Simplicia alnum deiicientia , quorū apud  
antiquos usum fuisse cognoui, vel etiam-  
num esse,quātum peruestigare licuit, per al-  
phabeti ordinem ante aliquot annos in tabu-  
lā digessi, &,vbi veterum authoritate fieri  
potuit,quos peculiariter humores educant,  
adscripsi, flauāmne vel atram bilem , pituitā  
aut aquas: item quæ simpliciter purgant, vi-  
delicet excrementa vētris solum , non autem  
remotius attrahentia. Eisdē vomitoria phar-  
niaca coniunxi. Ea verò,quæ bonam faciunt  
aluum,aut molliūt tantummodo, seorsim de  
industria collegi. Hanc tabulā forte inter fa-  
sciculos chartaceos repertā studiosis cōmu-  
nicare visum est, quibus hanc operā non in-  
gratam nec inutilem fore spero. Hoc admo-  
neundus es Lector,humorū nomina singulis  
ferè literis initialibus designata , ita ut p. pi-  
tuitam,b.bilem flauam, m.melancholicū hu-  
morem significet. Vale.

ENVMERATIO

- A**Bsinthium b.  
Absinthium marinum vel scriphium  
aluum leniter deiicit.  
**A**dianthum, vel capilli veneris b. p. & humo  
res crassos. Sunt qui adiiciant m.  
**A**eris flos, vel chalcanthum, vel atramentum  
fotorium crassa per aluū exigit. Dios. idem  
naribus infusos bilem largam euacuat. Aē-  
tius. Serapio p.  
**A**eris squamma aquam ducit & p.  
**A**ēromeli, vel manna Arabum b.  
**A**es vstum vomitorium est. Diſcorid.  
**A**garicum b. p. & spillos humores.  
**A**gni semen cum pulegio & melle potum  
purgat aluum.  
**A**lisma. vide Dainasonium.  
**A**lypon. m.  
**A**lypiam Actuarius turbith album interpre-  
tatur. Sed Paulo alypias eadem, quæ aly-  
pon videtur.  
**A**loe b.  
**A**lysson m. etiam per superiora.  
**A**mygdalinum oleum.  
**A**mmoniaca gutta aquas.  
**A**nacardi p.  
**A**natallides ex aqua mulsa. Sanat & hydro-  
picos earum succus.  
**A**nagyris semen vomitorium est.  
**A**ndrosæmi semen b.

Aphro

S I M P L I C I V M.

Aphronitrū, id est, nitri spuma. Arabes bau-  
rach vocitant, quanuis id Mesue cum nitro  
confundat, p. crudam viscosamq;.

Apios vel ischias p. & b. vtrinque, radix, supe-  
rior vomitu, per aluum inferior.

Apii, vel ischados dimidiū quod ad radicem  
est manducatum, nonnulli id chamærapha-  
num vocant, p.

Aqua maris aluum turbat.

Aqua mulsa è melle crudo pota ventrem mo-  
uet, glutinosa extenuat.

Ari folia inaniū ex sale & aceto sompta. Sed  
quoniam apud nos acrimonia feruent ni-  
mia, semel aut iterum foliis decoctis vten-  
dum suaderem: quod & in dracunculi radī  
ce Galenus fecit.

Aristolochia clematidis, colocynthidis more  
purgat.

Aristolochiae clematidis semen b. & p. stoma-  
cho quoque confeit. Arabes etiam rotun-  
dam commédant ad p. & iuxta alios bilem  
quoque.

Armenicum m. & quicquid crassum visco-  
sumq; corpori adhæret.

Ascyri, & ascyroidis semen b.

Asphodeli radix purgat, vomitiones adiu-  
uat. Eiusdem semen, & flores, succus quoq;  
ad purgandum triticeo pani miscetur.

Affa foetida. vide Sagapenum.

EN V M E R A T I O

**A**strantia, meisteruertz, siue meo iudicio petroselinū Estraticū, & Macedonicū communiter dictū, de quo apud Galen. de Antidotis libr. i. aquas dicit, sed magis per vrinam: & m. purgat, ut multorū fert sentētia.

**B**Alaninum oleum p.

**B**Balanus myreplica, siue ben Arabibus, vomitionibus & alio p. euocat.

Balsami semen potum ex vino iuuat vētrem.  
Marcellus.

Baurach. vide Aphronitrum.

Bdellium Arabicum, perlucidum ac flauū p.  
Betonicae folia aluum subducunt.

Betonicae radix faciles præstat vomitiones,  
hellebori modo.

Betonicae semen omnia mala medicamenta  
exigit per aluum.

Brassica marina aluum maximè soluit.

Brassicæ succus, vt quidam volunt, m.

Britannicae succus, apud Marcellum.

Bryoniae radix p. Coliculi teneri manduntur  
ad aluum ciendam.

Bulbi vomitorii radix in cibo sumpta per se,  
vel poto eius decocto vomitiones cit. Diocorides.

**C**Achille, vel, vt alii, cacile, luteam hydro-  
picorum aquam inanit. Serapio.

Calla, ea quæ Aro similis est. Plinius.

Cameli cauda arefacta. Plinius.

Came

S I M P L I C I V M.

Cameli vrina.Plin.

Capilli veneris.vide Adianthum.

Capnium , siue fumaria b.& humores affatos.

Capparis aluum turbat. Semen excrementa alui & vrinam cruentam trahit. Dioscorides.Sed Apula vomitiones facit.

Capparis radicis cortex p.

Caprifici lac,multò efficacius quām fici aluum soluit.

Casia fistula,siue Alexandrina b.

Castoreum ex aqua mulsa ventrem elicit.

Canfer viribus santalis respondet: sed ab aureo uno ad ij. potum ventrem cit. Auerrois.

Centaurii minoris decoctū clystere infusum coxendicū dolores leuat: trahit enim sanguinem.

Centaurium maius m. vt aliquibus placer.

Centaurium minus b. & crassos humores.

Aëtius inquit, crassissimam bilem & mucos.

Chalcanthum.vide Aeris flos.

Chamæcissi balanus aluum ciet.Plinius.

Chamædrys b.

Chamæleonis nigri radix, quæ & lsium , p.  
Aëtius.

Chamælaea b. p.& aquosos humores, semine vel foliis.

Chamæpitys p.& aquas.

B N V M E R A T I O

**C**hamæropis, hoc est, Chamædryos semé ventre in mouet. Marcellus.

**C**hamæsyces ramuli elixi, in cibo sumptu aluum soluūt. potest idē & lac ex eis collectū.

**C**yaneum, siue lapis Lazuli m.

**C**iceos, vel Ricini grana p. & b. & aquas.

**C**icer syluester copiosius sumptu aluuū vacuat,

**C**cicum oleum p.

**C**ici & oleum cicinū aluo vomituq; purgat.

**C**yclaminus b. & p. Sed Marcellus habet p. & aquam: & Serapio aquam.

**C**yclamini alterius semen ventrem subducit.

**C**issanthemon vocant, quod flores hederæ similes habeat. Galenus.

**C**ynocrambæ, id est, brassicæ caninæ folia olerum modo cocta b. & aquas trahunt, & aliter quoque pota aluum soluunt.

**C**ypria, vel æris squamma, aquam exhaustit, & p.

**C**itrei mali semen venenis aduersatur, & aluum deiicit. Dioscorides.

**C**leintidis alterius geniculatae per arbores repetentis semen b. & p.

**C**lematis alia in artuis, & vineis nata purgat.

**C**neorum, id est, folia thymelæ aquas. Paul.

**C**nicum oleum eandem cum cnidio oleo purgandi aluum vim habet, sed minus efficiacem. Dioscorides.

**C**nicus p. & aquas: in primis semine, sed flore im-

S I M P L I C I V M .

re imbecilliūs, facit nauseam quoque.

Cnidium granum & oleum. Vide Gnidium.

Coccus Cnidius aquosa maximē: sed s. quoque & p. moderatē dicit.

Cochlearē, quæ sylvestribus fruetis, & sentibus hærentes inueniuntur, quas sesilos aliqui nominant, aluum & stomachum turbant, vomitiones mouent.

Colchicon, vel Herniodactylus p. Actuarius, Mesue.

Colocynthis p. & quæ moschosa sunt, addūt aliqui & b. Clystere infusa p. & b. strigimenta, & aliquando cruenta trahit.

Colocynthis herbacea arefacta per se inauit aluum. Plinius.

Colophonīa vel pix frixa p.

Coluteæ fructus sine Semæ, p. b. & m.

Crotonis, vel ciceos grana p.

Cucumeris anguini, vel agrestis radicis cortex p. idem hydropicis commodissimus est. Vide Elaterium.

Cucumeris radix vomitionibus seruit.

Cucumis sylvaticus p. b. & aquas.

Cucurbitæ domesticæ succus cyathorum trium cum vini albi calefacti hemina datus, & olei semuncia p. & b. pellit. Marcellus.

Cunila onites aquatiora per vomitum educat.

ENVMERATIO

**D**Acrydium, siue scammonium præparatum s. & p.

Damasonii radix sursum deorsumque trahit b & p. Succus magis per sellas, radices sursum. Marcellus. Damasonii tamen, siue alisnatis radicē Dioscorides prodidit intestinorum termina sedare, & herbam aluum fistere.

Daphnoides, vel laureola p. & aquas: idē vomitus prouocat.

Dictamni succus illitus, aut cum polenta tritus ventrem citat.

Dracunculus maior m. ut aliqui. Sed Mesue p. scribit. Eius radicem Galenus semel, iterū & tertio decoctā, quo omnem exueret medicam vim, interdū ari modo in cibis exhibebat, præcipue cum lenti crassiq; humores maiorenixu essent propellendi.

**E**Bulus ad omnia efficacior sambuco.

Ebuli folia olerum modo cocta p. & b. Ebuli radix aquas. Datur & semen hydropicis.

Elæomeli cruda, & biliosa.

Elaterium suprà infraque inanis s. & p. Vide Cucumis agrestis.

Epithymum in Itæbe quoque reperitur, & thymbra priuatim epithymbrum nominatur. Sed ex thymo validius vacuat m. alia duo imbecilliora sunt.

**Etuc**

**Eruca** vomitus inuat. Aëtius.

**Eruum** Dioscorides iubet aqua aliquandiu  
macerari, dein frigi vsque dum cortex rur  
patur, & angustiore cribro traiectam farin  
nam reponere. Bonam enim aluum facere.  
& si copiosius sumpta fuerit, per aluū ves  
canique cum torminibus sanguinem du  
cere.

**Esula** p. siue ea pityusa veteribus, siue tithy  
mallus cyparissias cit.

**Eupatorium** Arabum b. & p.

**Eupatorium** pituitam quidem, sed aquam  
validius ducit.

**F**el tauri guttori illitum vomitiones cit.  
Aëtius.

Fæx vini arida trita, tartarum vulgus vocat,  
m. vt placet aliquibus.

**Ficus** assa oleo imbuta & pipere conspersa  
post deambulationes à somno ad vomitus  
datur. Aëtius.

**Fici** succus lacteus aluum soluit, item cymæ.  
Sed caprificus violentior est.

**Felix** foemina primò bilem trahit, mox aquas  
foliis, sed radice efficacius.

**Felix** utraque stomachi inutilissima, primò  
b. mox aquas.

**Flos aeris.** Lege Aeris flos.

**Flos salis** p. & b. vt Serapio.

**Fumaria** bilem, & humores adustos.

EN V M B R A T I O

**G**alli veteris ius Serapioni purgat m.  
Gallinacei stercoris albi cochleare in  
aqua aut melicrato dilutum, vomitus mo-  
uet anginis subuenientes.

Garum b.

Gladioli radix pota. Marcellus.

Gnidium coccum b.p. sed aquosa maximē.

Gnidii cocci oleum potum aluum purgat.

Granum nil p. Serapio.

**H**ederæ chrysocarpi baccæ aquas du-  
cunt. Plinius.

Heliotropium maius b. & p.

Helleborus albus bilem & p. per vomitū re-  
iicit.

Helleborus niger b.m. quidam & p. addunt.

Herba vrceolaris biliosa, & aquatoria dedu-  
cit. Marcellus.

Hermodactyli, seu Colchicum p.

Hibiscum ex aqua potum ventris stricturas  
aperit.

Hippophæstum aquas & p.

Hippophae succus biliosa, aquosa, pituito-  
saque per inferna ducit. Dioscorides.

Hippophae lacryma b. Nam radix tantum  
aquam deducit. Marcellus.

Hyssopus humores crassos, & p.

Hyssopus montanus p. humores crassos, &  
putridos. Mesue.

Hyssop

S I M P L I C I V M.

**H**yssopi decoctum vomitus iuuat.

**I**RIS & crassam pituitam & aquas.

**I**Irini spissamentum p.& aquas.

**I**rininum oleum per clysterem immissum p̄  
tuitosa, & aquata & purulēta, & atra trahit.

**I**rinum vnguentum ad vomitus aptum est.

**I**schas vel apios p. vide Apios.

**I**sii cortex, hoc est, de chamæleonis nigrira-  
dice p. Aetii.

**I**uius bæ, Romanis zizipha, Græcis serica vo-  
cantur, s. Serapio addunt alii serosum san-  
guinis humorem ea elicere. Optima esse,  
quæ maxima ædesina dicta. Galenus tamen  
serica dicit, parui succi poma, nec conco-  
ctioni, nec stomacho facilia. Effrenatis pue-  
ris & mulieribus cibi gratia tantum expe-  
tita.

**I**uli nucis iuglandis catuli vocati.

**I**uncus angulosus m. vt quidam scribunt.

**A**bruscae radix humorem aluiciet, hy-  
dropicis datur.

**L**astra sylvestris aquas educit.

**L**anaria herba. vide Struthium.

**L**apis Armenicus m.

**L**apis lazuli, vel Cyaneum m.

**L**apis lincis m.

**L**apis stellatus duplex Arabibus describitur:  
alius pyrites albus, è quo argentū cōflatu-  
alius idem cū cyaneo, vel lapide lazuli, qui  
& me

EN V M E R A T I O

- & melior: purgant m.  
Laserpitium. Vide *Affa fœtida*.  
Lathiris p. & b. Sed præcipue p. & aquas.  
Laureola vel daphnoides p. coliculi teneri, id  
est cymæ lauri p. & lumbricos celeriter cū  
ciunt. Marcellus.  
Lauri folia viridia p. Paulus.  
Lauri folia sunt vomitoria.  
Lemnia terra præsumpta vomitione venena  
pellit.  
Lychnidis sylvestris semen b. & p. Est autem  
Lychnisea herba, quam Hermolaus Barba-  
rus Venetiis iecoratiam dici meminit, in li-  
tore paßim nascentem, & olitorio foro ie-  
juniorum tempore venalem, hederaceo fe-  
rè folio, flore purpureo, lilii pusilli effigie.  
Conuoluta herba se quibus appropinquat.  
Soluit aluum cocta, & cruda oleris modo  
accepta.  
Lilii radices aquas educunt. Serapio. Eadem  
cum mulso potæ inutilem sanguinem cum  
aluo trahunt.  
Lilii radices è mulso potæ inutilem sanguini-  
nem cum aluo trahunt.  
Lochitidis semen aquas.  
Lupini.  
Lupus b. moderatè nivouet. Lupus salictarius  
à Plinio dictus videtur.  
Lyncis lapis m.

Malu

**M** Alua cum lubricum fatiat ventrē, san-  
guinem quoq; purgat, & defæcatum  
reddit. Aetius.

Mandragoræ succus.

Mandragoræ liquor obolorū duorum pon-  
dere cum mulsa aqua potius pituitam ni-  
gramq; bilem veratri modo vomitionibus  
purgat: maiori tamē copia potus mortem  
facit. Dioscorides.

Manna, vel aeromelis.

Mastiche scrupuli nouem tenuissimè triti  
cum aqua aut lactis aqua pleuriticis ad al-  
uum molliendam ab Aetio propinantur, &  
iis, quibus purgatio non processerit.

Marrubium cum sale & aceto.

Mutis sterlus in catapotiis deuoratum hy-  
dropas exinanit. author est Democritus al-  
legante Sauonarola.

Melopeponis radix ad vomitus ciendos fa-  
cit.

Melicratum vomitus promouet.

Mercurialis folia tenera elixa comesta simū  
egregie ducunt: vtriusque quidem, sed fœ-  
minæ efficacius: sanguinem quoque pur-  
gant & defæcant. Aetius.

Myrobalana beletzica p. cum empeleticis cō-  
ueniunt.

Myrobalana cepula, siue magna p. Serapio-  
BIM.

ENVMERATIO

Myrobalana empelitica p.

Myrobalana Inda m. Gr̄eci recentiores dama  
sonia vocant.

Myrobalana lutea, seu citrina b.

Molochos agraria vel hibiscum ex aqua potū.  
Plinius.

Mori lacryma vel radix aquam solam cit.  
Marcellus.

Mororum maturorum succus pituita acti-  
neas spellit. Idem & arborum radix præ-  
stat.

Meri radix per messes incisa succum dat, qui  
aluum subducit.

**N**arcissi radix vomitus ciet.  
Nasturtium b.

Nasturtii semina b.

Nymphæa in vino austero leuiter soluit.

Nasturtii semen ad vomitus datur.

Nasturtium Babylonicum vomitus mouet.  
Serapio. Hoc nonnulli orientale vocant.  
Ruellius Draba exponit.

Nil granum p. Serap. vocatur & habet, & gra-  
num Indicum.

Nitri spumam. vide in Aphronitro.

Nitrum b. Serapio. Idem cum aceto mulso  
potum vomitus citat.

Nucis juglandis Iuli catuli vocati.

**O**lea, quæ sequuntur, purgant.  
Amygdalinum.

Balan

S I M P L I C I V M

Balaninum p.

Cicinum p. idem ricinino.

Grani Cnidii p. & aquas.

Irini vnguenti spissamentum p. & aquas.

O L E A V O M I T O R I A.

Sesaminum.

Rhaphaninum.

Narcissinum.

Cyprinum pota, vel digito penave pentus illita.

Oleæ radicis cortex p. Paulus.

Oleum vomitiones citat. Purgat idem heminae pondere pari prisanc succo, aut aqua potum. Dioscorides.

Omotarichos accommodatus est ad vomitiones, quæ ciborum accremento queruntur. Sic enim vertit Marcel. verba Dioscoridis Graeca: εἰς τε τὰς οργιμοφαγίας μάλιστα διέμεστα.

Ocimum.

Oliuæ colymbades, vel falsæ antecibum.

Onitis cunila vomitu aquosa eiicit. Marcell.

Opopanax p. Mesue, Serapio.

Origanum m. Dioscor. & vomitus cit.

Origanum Heracleoticum, quod & codimentis miscetur, bilē atram visceribus explicat.

Oxyphenica, seu Tamarindi b. Serapio.

Paeonia radix omnes ventris dolores sedat in vino, aluumq; purgat.

Paganus succ<sup>o</sup> cū farina erui similis est Scyllæ Pan

EN V M E R A T I O

- Panacis succus p.  
Papaueris cornicularis semen aluum leniter  
purgat.  
Papauer erraticum.  
Papaueris spumei semen vomitiones citat.  
Parthenium m.  
Peplium, vel peplis b.m.p. flatus etiam expur-  
gat.  
Peplos m.p.b.  
Peponis radix vomitoria est.  
Persicifolia aut flores b. Similē fumarie vim  
obtinent.  
Peucedani radix b. & p.  
Phaseoli fructus vomitus iuvant.  
Pix p.  
Pix spissa p.  
Pix frixa, vel Colophonias p.  
Picnocomi radix b.p.  
Pyrethrūm p.  
Pyrites albus, è quo argentum conflatur, m.  
Vide lapis stellatus.  
Pityusa, siue esula p.  
Polygoni semina largius sumpta soluunt.  
Plinius.  
Polion biliosa & atra oleo chamæmelino mi-  
sto per sellas deducit. Marcellus. Nimirum  
clystere, quod in Irino proximè addiderat.  
Polium aluum ciet, hydropibus & regio mor-  
bo prodest.

Pol

**P**olypodium p.& b. Recentiores ad m. magis commendant.

**P**orri vomitus iuuant.

**P**orrorum capitatorum succus sanguinē purat, purioremq; efficit.

**P**roserpinacam, si deuoretur, vomitio sequitur salutaris. Plinius.

**P**runa Damascena bilem.

**P**syllium b.

**P**tisana aluum mollit, cum modico melle vomitus prouocat.

**P**ulegium m.

**R**adicula lege Struthium.

**R**adix dulcis b. Serapio.

**R**esinæ terebinthi, pini, piceæ, laricis p. abigant.

**R**hus erythros. Plinius.

**R**icini grana b.p.& aquas.

**R**osaceum vnguentum potum.

**R**osarum succus b.

**R**haponticum, sive Rhabarbarum b.& m.

**R**aphani semen, & radicis cortex vomitoria sunt.

**S**alis flos p.

**S**alis species omnes, crassos viscososq; humores emolliunt. Validior est qui gemmatus vel Cappadox dicitur, pituitam vitream, humoresque alios fixos expediens. Validissimi sunt, qui naphthicus vel Sodomorum sal di-

citur, & qui Indus apud Mesuen, M. & P. effi  
caciter trahunt.

Sagapenum p. crassam lentamq; & aquam lu  
team hydropum. Mesue.

Sambuci asparagi teneri, vel coliculi, vel fo  
lia in patinis cocta, pituita, bile & aquis in  
testina liberant. sit autem id validius e sam  
buco minore, id est, ebulo.

Sambuci corticis succus aquas, vel radix ipsa  
in vino decocta, folia p. & b. arcent olerum  
modo cocta. Ad omnia tamen sambuco e  
bulus est efficacior. Caules quoq; teneri in  
patinis coquuntur. Semen etiam ventre mouet.  
Sarcocolla p.

Scabiosæ vulgaris herba succus aluum dicit,  
Minime vero stercor est quam odoratam, a  
crem, fruticosam, & ad vini cōseruationem  
aptissimam Galenus libro priori de Anti  
dotis descripsit, inquiens apud Pergamum  
nasci, & ab incolis Colymbadem vocari.  
Scammonium b.p.

Scylla m. & crassis viscososque humores.  
Mesue.

Scordium p.

Sebesten, Græci myxa, & myxaria dicunt, s.  
Serapio.

Sedum ex vino contritum potumque ad al  
uum concitandum plurimum prodest. Mar  
cellus.

S I M P L I C I V M .

Senx , seu coluteæ p. b. Actuarius. Arabes M.  
tantum & b. adustam eo purgari memine-  
runt.

Serpentaria M. Vide Dracunculus maior.

Serum bilem. Mesue humores adustos addit,  
& aquas Serapio.

Sesamoides maius B.P. per superiora.

Sesamoides minus B.P.

Silybi radicis liquor vomitiones facit. Dios.

Sinapi.

Sparti flores & semen per superna egregiè  
veratri modo purgant. Mesue inquit geni-  
stam efficaciter p. vomitionibus & alio du-  
cere.

Spica Celtica efficaciter hellebore instar vo-  
mitus euocat.

Spondylion, sphondilion ve r.

Squamma æris aquam & p. exturbat.

Staphisagria crassa vomitionibus elicit.

Stichas melancholiam, pituitam. Mesue. A e-  
cipienda verò est Arabica potius quam ci-  
trina vulgo dicta.

Styrax flauus, pinguis, r.

Susinum oleum B.

T Amarinde, seu oxyphœnica B.

T Tartarum, vel vini fæc arida, M. vt quæ-  
busdam placet.

Thapsiæ succus liquor, & radicis cortex bi-  
lem per inferna & superna purgant, &

iuxta alios pituitam quoq;

Tereni abim, manna species in grana concre  
tæ purgat bilem. Serap.

Thapsiam vnam Aegyptiæ vocat apud se  
prædulcem, quæ soluit aluum.

Thelypteris, id est, filix foemina, primò b.  
trahit, moxaquas, & magis radice.

Thesum amarum ut pieris, ex aqua tritum.  
Plinius.

Thymelæx semina, hoc est, coccus cnidius, p.  
b. & aquas.

Thymus m.b. & p. & vomitus cit.

Thlaspi b. per superna, & inferna.

Tiliæ folia decocta vrinam cident, sanguinem  
pota detrahunt. Sed id opinor per vrinam  
tantum.

Tithymallus mas vel characias b. & p. vtrinq;  
ducit. Foemina ei similis est, sed minus vomi  
tum iritat. Paralios idem prædictis simi  
lis. Helioscopius mitior aliis. Cyparissias &  
dendroides cum reliquis conueniunt. Platy  
phyllilac, radix, & folia per aluum aquosa  
trahunt.

Tragoriganum Heracleoticum m. & b.

Tripolium per inferna aquas & vrinā trahit.

Trixago, vel chamædrys b.

Turpeton, siue turbit p. crassam & viscosam.

**V** Eratru albū b. crassos létosq; humores  
per superiorem ventriculum purgat.

Vera

S I M P L I C I V M.

- Veratrum nigrum b. & Mesue addit p. & m.  
Vinum catorchite, vel sycite, id est, è carycis.  
Vinum ex helleboro.  
Vinum è Chamælæa.  
Vinum è Mandragora.  
Vinum è Scammonia.  
Vinum è Thymelæa.  
Violarum succus b.  
Viscus m. Serapio.  
Viticis semen cum pulegio & melle potum  
aluum purgat.  
Vitis agrestis. vide Labrusca.  
Vitis alba teneri asparagi olerum modo co-  
quuntur, ad aluum & vrinam ciendam.  
Vitis albæ radix p.  
Vitis nigræ radix, vel succus similiter, sed mi-  
nus efficax.  
Vlmi cortex interior p. & aquas. Plinius.

V N G V E N T A.

- Rosaceum potum.  
Selinum potum, nauseam tamen facit.  
Volubilis lanuginosa vitanda est, quoniam  
sanguinem educit. Mesue.  
Volubilis manna violenter detrahit b. & ora  
venarum aperit. Mesue. Nimimum pericly-  
menum est Dioscoridis, quam maius Ro-  
manis dici, lienemq; vrina cruenta, aut per  
aluum absumere scripsit.  
Viticæ semen p. Herba cocta mollit aluum.

EN V M E R A T I O

**Z**ingiber aluum mollit. Dioscorides.  
Zizipha. vide Iuiubæ.

T A B V L A E O R V M,  
*quæ molliunt, aut bonam  
faciunt aluum.*

**A**llium.

Apomeli alio biliosum humorē exer-  
nit. Compositionem eius docet Paulus lib.  
vii. cap. xv.

Aqua marina. Vide Mel.

Amygdalæ amaræ.

Amygdalinum oleum.

Ati folia inaniūt ex sale & aceto sumpta. Vi-  
dein Dratunculo.

Asparagorum coliculi in cibo.

Atriplex.

**B**atis.

Beta cädida soluit aluum modicè, nigra  
inhibet.

Betonicae folia.

Blitum.

Brassicæ caninæ folia olerum modo cocta  
& aquas trahunt.

Brassica crispa.

Brassica decoctum cier, substantia sistit.

Brassica semicoctæ ius.

Brassica succus, iuxta quosdam m. subducit.

Bryo

S I M P L I C I V M.

Bryoniae asparagi teneri decocti aluum & vri  
nam cident.

Buglossus mollit aluum : ducit & b. Serap.

Bulbus esculentus bonam facit aluum.

Butyrum. Miscent & melli diabotyrum ap-  
pellantes.

**C**Apparis aluum turbat.

Caricæ.

Caro animalium quam maximè iuuenculo-  
rum facilius aluum dicit.

Caseus nuperrimè coagulatus cum melle.

Castaneæ vehementer sanguant stomachi & al-  
ui fluxiones. aluū cident nimirū post cibum.

Cepæ.

Chamæ.

Cerasa dulcia. Plinii hæc verba sunt: Inuenio  
apud authores, si quis matutino roscida cū  
suis nucleis deuoret, in tantum leuari al-  
uum, ut pedes morbo liberentur.

Ceratia humida aluum subducunt, arida po-  
tius fistunt.

Cybria vetera purgant, priuatimque crudita-  
tes, pituitas, bilemque trahunt.

Cicercula soluit.

Cochlearum ius.

Conchularum similiter.

Cucumeris radix, & fructus.

Cucurbitæ domesticæ succus cyathorū triū  
cum vinialbi calefacti hemina datus, & olei

EN V M E R A T I O

**S**emuncia b. p. Marcellus.

Cucurbitæ radix, & semina.

Cucurbitæ totius elixæ, mox expressæ succus, additis exiguo melle & nitro aluum leniter soluit. Si quis etiam in excavata cruda cucurbita vinum infuderit, & per noctem sub dio habuerit, temperatumque ieunus bibet, aluum leniter mollet. Dioscorides.

**D**racunculi radicem Galenus semel iterum, & tertio decoctam, quo omnem exueret medicam vim, interdum ari modo in cibis exhibebat, præcipue cum lenti crassique humores maiorenixu essent propellendi.

**E**buli folia in patinis cocta b. p. & aquas inaniunt, idque efficacius sambuco.

Eruca bonam facit aluum.

Eruum Dioscorides iubet aqua aliquandiu macerari, dein frigi usque dum cortex rumpatur, & angustiore cribro traiectam farinam reponere. Bonam enim aluum facere: & si copiosius sumpta fuerit, per aluum vesicamque cum torninibus sanguinem ducere.

Erysimon ventrem mollit Serapioni, qui id buberegi vocat, alii budheregi.

**F**icus.

**F**ici Aegyptiæ vel sycomori fructus bona facit aluum.

Filic

S I M P L I C I V M.

Filicis fœminæ folia mollient.

Fœnogræcum. Eius tremor cum melle decoctus omnes depravatos humores ab intestinis depellit. Mel verò modicū miscendum est, ne stomachum erodat.

**G** Allinacei veteris ius aluum soluit tum per se, tū cneo vel polypodio addito.

Garum b.

Gobius piscis.

**H** Eliotropium maius olerum modo coctum b. & pituitam extrahit.

Herinaceorum marinorum ius.

Hibiscum ex aqua potum.

Hordeum coctum in cibo cum iure suo.

**I** Vra vel decocta emollientium ventrē efficaciora redduntur, si oleo, garo, & pipe recondiantur, necnon stomacho gratiora.

Intybi.

Iuglans adhuc virens, vel etiam arida, si modo aqua præmaduerit. Paulus.

Ius piscium.

**L** Ac largius epotum.

**L** Lac, præcipue asininum.

Lactucae succus in posca potus.

Lapathifolia soluunt aluum, & radix cum vi no decocta sifit.

Latham hortense, quod Sabaudi vulgo Lampadam vocant.

Lapsana.

E N V M E R A T I O

Lentis decoctum soluit, substantia sicut.

Lentis primum ius.

Lupi salicaria, siue lupuli asparagi in aceta-  
rio.

**M**Alua.

Mel incoctum vel crudum si quis lam-  
bat, egregie aluum dicit.

Melicratum.

Melimela aluum molliunt, & lumbricos pel-  
lunt, sed stomacho nocent.

Melitites solebat inueteratus alui causa dari  
in febri.

Mel, cœlestis aqua, & marina æquis portio-  
nibus per colum trahiuntur, & in picato  
vase per Canis æustum insolantur. Alii deco-  
cta maris aquæ partibus duabus vnam mel-  
lis miscentes in dolia diffundunt, Thalasso-  
meli vocant. prius egregiè purgat: poste-  
rius lenius aqua marina est, mitiusq; ad pur-  
gandū. Vbi vero aquæ marinæ penuria fue-  
rit, eius loco Pli. secūdus duos salis sextarios  
in aquæ sextarios quatuor mittere iubet, sic  
temperatissimā marini liquoris copiā fieri.

Mellis acetabulum, & salis triti tantundem,  
cum aceti sextario uno seruescit, atque ita  
nocte sub diuo, cœlo sereno, vas leviter  
œpertū relinquitur, & mane qui pridie cœ-  
na abstinnerint, cum aqua quantum suffi-  
ciat minutatim bibunt, quo facto nō solùm

ven

S I M P L I C I V M .

ventris, sed etiā atræ bilis ac rufæ tædio ab-  
soluuntur. Hæc Marcellus.

Melopepones, fructu & semine aluum mol-  
liunt.

Menæ falsæ.

Mercurialis in iure pingnium carnium sale  
& panico vini addito babitur, folia edūtur.

Efficacior autem est fœmina.

Myacum ius aluum & vesicam exinanit.

Molochiagri folia, vel hibiscum ex aqua po-  
tum.

Mora ante cibum sumptu.

Mulsum aluum soluit frigido potu pluribus,  
calido siffr.

**N**unc viuides, aut in aquam infuse, si sic-  
cæ sint.

**O**cymum.

Oliuæ colymbades, vel falsæ ante cibū.

Ostrea.

Oua sorbilia.

Oxymel crassa educit ex corpore.

**P**anes furfuracei.

Panibus triticeis asphodeli succus inter-  
subigendum miscetur.

Papaueris fœmina.

Pelorides.

Pepones.

Peponis radix.

Persica mala.

Pisces

E N V M E R A T I O

Pisces marini omnes testa intecti.

Pisces falsi..

Piscium recentium ius, modò ex se, modò ex  
vino potum.

Portulaca.

Pruna recentia , aut sicca , quæ si mulsa prius  
madefeceris : vbi tamen mulsa plusculum  
mellis inerit, efficacissimè ventrem molliet  
si ea solum comederas : sed multò magis , si  
mulsum simul potaueris.

Ptisana,sola,aut melle addito.

**R**Aphanus bonam facit aluum: sed oportet à cibo eam sumere, sic magis dige-  
stioni cōferentem. Praesumpta enim cibum  
in stomacho suspendit. Praesumpta item vo-  
mitioribus accommodata est. Hęc Dioſco-  
rides.Galenus contrá.

**S**Atureia,condimentaria herba.

**S**Scandix bonam aluum facit. Estur cruda  
& cocta.

Semina, apud Serapionem,

Papaueris,

Cucurbitæ,

Melopeponis,

Citri,

Cucumeris.

Sepiae coctæ soluunt.

Sero lactis miscetur tantum mellis, quantum  
satis sit ad dulcedinem , ne stomachus euer-  
tatur,

S I M P L I C I V M.

tatur. Qua ratione etiam sal addendus, ne  
gustus abhorreat.

Seutlon malachum.

Siliquæ recentes stomacho inutiles aluum sol-  
uunt.

Silurus è iure.

Sinapis aluum emollit.

Sonchus.

Sycomori vel sycamini fructus.

Spinacia olus.

**T**Halasomeli. Vide Mel.

Thapsiani vnam Aegyptus vocata pud  
se prædulcem, quæ soluit aluum.

Thelypteridis folia molliunt.

Tellinæ.

Thymbra in condimentis adhibetur.

Thymus similiter.

Torpedo in cibo.

Tragos.

Turtur, pīscis cartilagineus.

**V**Ini Cretensis (nostrī Maluaticum vo-  
cant) cyathus cum butyri recentis vn-  
cia feruefactus potus quemorantem aluum  
elicit.

Vinum dulce confert eductioni, quæ inferius  
fit, sed passum apertè mollit.

Vitis albæ asparagi decocti in cibo aluum  
& vrinam molliunt.

VIN

ENUMERATIO  
VINA VARIA E PVRGAN  
tibus componi Dioscorides do-  
cuit, qualia sunt ex.

Absinthio,  
Afaro,  
Betonica,  
Chamædry,  
Chamæpity,  
Dictamno,  
Hysopo,  
Marina aqua,  
Marrubio,  
Origano,  
Pulegio,  
Satureia,  
Scylla,  
Stichade,  
Thymo,  
Tragorigano.

Vrtica cum conchulis, vel in ptisana cocta.

Vrticæ semen.

Vuæ dulces, præcipue vbi humidæ sint, &  
recentes.

Volentibus augere corpus, aut mollire aluū,  
conducit inter cibos bibere. Contrà minuen-  
tibus aluumque cohíbentibus sitire in eden-  
do, postea parum bibere. Certè veterū non-  
nullissatis esse ad secūdam yaletudinē tuer-  
dam

S I M P L I C I V M .

dam visum est , si aliis quotidie & vrina pro-  
ingestoru copia , sine vitio & abunde respon-  
deret , ac quū vacuatio iuxta proportionem  
accidebat , commendabant : sin minus , pro-  
mouebant , vrinam quidem scandice , apio ,  
asparago , petroselino , aniso , nepita , origa-  
no , absinthio , graminis carduique radice , cy-  
tiso , adiantho , omnibus in aqua elisis , quo-  
rum decoctum cum vino potu exhibebant .  
Hæc enī per vrinam sanguinem repurgat ,  
Aluum adiuuabat terebinthina , ex qua  
oliæ magnitudinem dormituri de-  
glutiendam offerebant . At cum  
acrius subducere eam institui-  
mus , rheu momentū admi-  
fcebimus . Hæc Paulus  
Aegineta libro pri-  
mo cap . XLIII .

F I N I S .

L V G D V N I ,  
Excudebant Ioan-  
nes & Franci-  
scus Frellonii  
fratres  

---

1 5 4 6.



וְיַעֲשֵׂה  
וְיַעֲשֵׂה  
וְיַעֲשֵׂה

*1946 Aug*

